



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Ivstitia Et, Ivs. Sex Libris totidem Tractatus appono, nempe de rerum
Dominio, de Restitutione, de Contractibus Gratuitis, de Contractibus
Onerosis, de Contractibus Fortunæ, de Contractibus Adminicularis, de
Quasi-Contractibus, & nonnullis Innominatis

Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663

Liber XLIII. Præceptum secundum de Confessione annua.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80681](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80681)

LIBER XLIII. PRÆCEPTVM SECVNDVM DE CONFESSIONE ANNUA.

SECVNDVM Præceptum Ecclesiæ est annua Confessio. Exprimam, quanam personæ, & quanam tempore ad Confessionem ex hoc præcepto teneantur, quâ Confessione fiat satis Præcepto, & causas excusantes à pœnis ob illius transgressionem assignabo.

SECTIO PRIMA.

De Præcepto annuæ Confessionis Receptiores sine pugna Sententiæ.

CAPVT I.

De personis, quæ Ecclesiasticum Confessionis præceptum obseruare teneantur.

pto maximè necessariò debent excusari. Syluest. v. Confessio, 2. q. 1. Suar. de pœn. d. 36. sect. 2. n. 6. Coninch. d. 5. dub. 5. n. 50. Nauar. sim. c. 2. l. 1. n. 33. Henric. l. 4. c. 5. n. 2. Fagund. de præc. 2. d. 1. c. 3. n. 12. Valq. q. 90. d. 2. dub. 4. Valent. to. 4. d. 7. q. 9. punct. 4.

Pueri ad Confessionem accedentes diligenter examinandi, nùm satis capaces absolutionis recipiendæ existât. Sûnt enim plures, qui licet delinquere norint, peccata fateri nequeunt: ³ *minandi*, quos tamen non expedit, statim dimittere, sed *nû* capaces Confessarij sût monitis instruendi. Si vero instructionem non percipiât, nec de peccatis, vt par recipiendæ est, dolere videâtur, concessa benedictione, & existant. Et imposita aliqua pœnitentia absque absolutione *quid circa* Sacramentali dimittendi sunt, maximè quando nullo lethali piaculo adstringuntur: hac enim via, & Confessioni assuescent, & paulatim instruuntur. Si verò mortale peccatum facti fuerint, diligentius procurandum est, vt dolorem eius debitum concipiant, seseque ad absolutionem accipiendam disponant. Quod si nec sub dubio capaces absolutionis existât, monendi sunt, vt dispositioni debitæ incumbant, iterum pro absolutione recipiendâ reuersuri. At stante dispositione debent absolui, præcipue si aliqua virgeat necessitas, sub conditione tamen mente retenta. Zambran. de casibus reseru. cap. 4. dub. 3. numer. 2. Palao part. 4. tract. 23. d. vnic. punct. 20. §. 1. n. 4. Laym. l. 5. rr. 6. cap. 5. numer. 7.

Venialibus peccatis solùm adstricti, nec diuino, nec Ecclesiastico præcepto fateri tenentur. Quia Tridentin. sess. 14. c. 1. & can. 6. definit solùm venialia taceri citra culpam posse, & multis aliis remediis expiari: quæ vera non esset, si ex Ecclesiæ præcepto subiici Confessionem tenetur.

D Et

OMNES fideles, cum ad annos discretionis peruenerint, si peccato lethali grauentur, obligati sunt confiteri. Sic habetur ex Concilio Lateran. relato in cap. Omnis viri que sexus, de pœnit. & remis. & ex Trident. sess. 14. cap. 5. & tradunt omnes. Censetur autem fidelis, ad annos discretionis peruenire, cum rationis usu inter bonum, & malum distinguente pollet, quod diligentis Confessarij arbitrio est relinquendum, qui quidem non iam ex ætate, quam ex ingenio, & conditione puerorum id colligere debet. Nam licet regulariter completo septennio perfectus rationis usus omnibus elucescat, plures tamen ante eam ætatem, alij post eam rationis usum consequuntur. Omnes sic.

¹ Pueri statim, ac usum perfectum rationis primùm rationis fuerint assequuti tenentur annis singulis confiteri, si conscientia peccati lethalis adstricti fuerint, gantur. Quia id constat ex praxi, vsuque Ecclesiæ recepto, Et quia aliis præceptis Ecclesiæ suis audiendi Sacram, seruandi Interdictum, abstinenti ab ingressu in Monasteriis Monialium adstringuntur. Non ergo ab hoc præcepto.

² Pueri cum primùm rationem ratio. fuerint assequuti tenentur annis singulis confiteri, si conscientia peccati lethalis adstricti fuerint, gantur. Quia id constat ex praxi, vsuque Ecclesiæ recepto, Et quia aliis præceptis Ecclesiæ suis audiendi Sacram, seruandi Interdictum, abstinenti ab ingressu in Monasteriis Monialium adstringuntur. Non ergo ab hoc præcepto.

Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VLP. II.

Et quia Ecclesia præceptum diuinum de confessione faciendâ, cuius tempus erat indeterminatum, ad singulos annos determinauit: at præceptum diuinum solum est de confessione mortalium, nam venialia multis aliis possunt dilui remediis. Valq. q. 90. a. 2. dub. 2. n. 1. Suar. d. 36. sect. 2. n. 8. Coninch. d. 5. dub. 5. n. 5. Layman. l. 5. tr. 6. c. 5. n. 1. Fagund. l. 1. c. 2. n. 8. Bonac. d. 5. q. 6. sect. 2. punct. 4. n. 8. & alij communiter.

5. Licet autem à præcepto annuæ confessionis excusetur, qui nullius peccati lethalis est conscius, non tamen excusatur, quin Pastori se sistat, & suæ conscientię declaret statum, tunc ob scandalum vitandum, tunc ne excommunicatione saltem in foro externo affectus esse credatur. Pastor vero tenetur sic de se deponenti credere, nisi manifestas in contrarium habeat rationes. Suar. 10. 4. de penit. d. 36. sect. 2. n. 9. Coninch. d. 5. dub. 5. n. 5. 2. Valq. q. 90. ar. 1. dub. 2. n. 19. Bonac. d. 5. q. 5. punct. 4. n. 8. Fagundez. l. 1. c. 2. n. 9. Palao p. 4. tr. 2. d. v. nic. punct. 20. §. 2. n. 5. asserens non leue fundamentum suspitionis iniquæ exhibere, qui anno integro confessionem omitteret sub lethali criminis carentiæ prætextu. Nam cum per huius Sacramenti susceptionem gratia augeatur, & maiori cum reuerentia, ac fructu suscipiatur Eucharistia: certè qui hæc despiceret, gigneret præsumptionem, non esse ad id purum, ut ipse opinatur. Unde monendus hic erit, ut confessionem venialium gerat. Quia licet mortalis conscius non sit, forte illo grauatur, & confessione venialium legitimè factâ, illius mortalis ignorantie remissionem obtinebit, quam absque confessione non acquireret.

6. Profectò Ecclesia non potest directè præceptum ferre de venialium confessione. Quia Ecclesia si ad confessionem omnium obligaret, lex hu-
manæ fragilitatis intolerabilis existeret, & gra-
uissimum con-
fessione fer-
re præceptum.
pro libito penitentis, esset parum vtilis. Si ad
aliqua in materia determinari, certè extra
Religiosum statum fingi non potest iusta cau-
sa talem legem ferendi. Pro Religiosis verò
utpotè perfectioni studentibus hæc lex ferri
posset: at solummodo sub veniali culpa obli-
garet. Quia materia est levis. Coninch. disp. 5.
dub. 5. concl. 1. Palao p. 4. tr. 2. d. v. ni. punct. 20. §. 2.
num. 6.

7. Indirectè non possit lex ab Ecclesia ferri, indirectè ta-
men ferri potest, si scilicet præcipiat confes-
sionem sicuti aliud quodlibet opus virtutis
præcipue cum tot ex confessione utilitates
oriantur. Si enim ad confessionem faciendam
singulis mensibus, vel annis obligari quis po-
test, cur non ex præcepto? Et ita læpè obligat-
ur qui à Sede Apostolica impetrat dispensa-
tionem voti castitatis, vel alterius impedimen-
ti, ad matrimonium contrahendum. Quo præ-
cepto posito, qui peccatis lethalibus grauatus
non esset, venialia necessariò fateri debet; quia
sine confessione lethalis, vel venialis non po-
test stare confessio, ac proinde nec illius præ-
cepti executio. Coninch. d. 5. dub. 5. n. 5. 3. Suar.
d. 22. sect. 8. Valq. q. 90. a. 2. dub. 3. Laym. l. 5. tr.
6. cap. 5. num. 13.

CAPVT II.

De annuæ Confessionis tempore.



ONFESSIONI non est determi-
natum ab Ecclesia tempus, sed Non est re-
quolibet anni die fieri potest. *pus deter-*
Quia cap. Omnis viri-
sus, de panit. & remis. dicitur: annua Con-
fessionis.
Omnis viri-
que sexus fidelis, postquam ad annos sessioni.
discretionis peruenit, omnia sua peccata confi-
teatur fideliter, saltem semel in anno proprio Sa-
cerdoti, & inuicem sibi penitentiam studeat
pro viribus adimplere suscipiens reuerenter ad
minus in Pascha Eucharistia Sacramentum, &c.
Cum ergo Concilium solum tempus Pascha-
le Eucharistia recipiendi signauerit, non au-
tem id aut aliud speciale confessioni, absque
fundamento obligatio confessionis ad tem-
pus Paschale, vel ad aliud determinatum re-
stringitur. Sotus in 4. dist. 18. q. 1. art. 4. concl. 5.
Valq. q. 90. a. 3. dub. 1. n. 3. & 15. Hentiq. l. 4. c. 4.
n. 6. Valent. 10. 4. d. 7. q. 9. punct. 4. S. v. Confessio,
n. 4. Coninch. d. 5. dub. 7. Bonac. d. 5. q. 6. sect. 2.
punct. 4. n. 20. Laym. l. 5. tract. 6. cap. 1. num. 10.

Duplicem autem anni probabilem com-
putationem obitio, quam malueris eligen-
dam. Prima est à Ianuario in Ianuarium. Quia probabili-
lex intelligi debet iuxta communem, & fre-
quentem vsum. Ad negati non potest esse putandian-
communem, ac frequentem vsum computan-
n. ad præ-
di annos à Ianuario in Ianuarium. Ergo hæc cepum cor-
lex iuxta hanc computationem debet intelli-
gi. Valq. q. 90. a. 3. dub. 1. n. 15. Palao 10. 4. tr. 2. 2. Primus.
d. v. ni. punct. 20. §. 2. n. 10.

Altera est à Paschate in Pascha. Quia eo
tempore assolent Parochi testimonium Con-
fessionis à fidelibus exigere quasi innuentes, anni com-
tunc expirare tempus obligationis exequen-
putandian-
da. Nauarr. sum. c. 21. n. 45. Sotus in 4. dist. 18. d. 1.
q. 1. a. 4. Medina de confess. q. 14. Victor. n. 147.
Suar. d. 36. sect. 3. n. 8. Coninch. d. 5. dub. 6. concl.
2. Layman. l. 5. tr. 6. c. 5. n. 8. Bonac. d. 5. q. 6. sect. 2.
sect. 2. punct. 4. n. 19. Henriquez l. 4. c. 4. n. 1. Reginald.
l. 6. n. 35. & 37.

Tenetur quis confessionem anticipare, si
sciat in fine anni copiam confessarij se non
habiturum. Quia tenemur censiteri eo tem-
pore, quo præceptum confessionis nos obli-
gat, etque satisfacere valeamus. Tenemur ergo
tempus anticipare, ne confessionem præcep-
tam omittamus, sicuti tenemur die festo Mis-
sam audire hora octaua, si scimus, in reliquis
horis nos esse impediendos; & Eucharistiam
Paschali tempore primis illis octo diebus ac-
cipere, si credamus in reliquis impediendos fo-
re; quia præcepto satisfaciendum est, cum de
facto obligat, & potest impleri. Suar. d. 36. sect.
5. n. 2. Valq. q. 90. a. 3. dub. 2. nu. 9. Coninch. d. 5.
dub. 7. n. 48. Hentiq. l. 4. c. 3. n. 3. Reginald. lib. 6.
num. 25. Bonacin. d. 5. de panit. qual. 5. section. 2.
punct. 4. num. 21. Layman. lib. 5. tr. 6. c. 5. num. 8.
corollar. 2.

CAPVT III.

Qua Confessione fiat satis Præcepto.

Non fit satisfactio nisi per confessionem venialium. Quia non potest quis præcepto satisfacere, nisi rem præceptam exequatur: at confessio venialium in cap. Omnis viri que sexus, non præcipitur: ergo ea confessione satisfacere præcepto non potest. Vnde infero euidenter, si facta confessione venialium, quia solis venialibus grauatus quis erat, eodem anno in aliquod mortale incidere, obligatum esse ante finem anni, illius mortalis gerere confessionem: alias enim eo anno confessionem præceptam omitteret. Bonac. de penit. d. 5. q. 5. sect. 2. pun. 4. n. 33. Reginald. lib. 3. n. 38. Laym. d. 5. tr. 6. c. 5. n. 10. Valq. q. 90. a. 3. dub. 1.

Facta legitima confessione omnium mortalium, quæ tibi memorie occurrunt, & absolutione à Sacerdote accepta, satisfacis confessioni, non sionis præcepto, licet aliquorum mortalium tunc quas inuincibiliter fueris oblitus, nec obligatus es peccata ob. ea illo anno ad confessionem adducere. Quia tunc illo alias obligatus es, bis, vel ter confiteri, quod anno confessionem non est. Nauar. cap. 2. n. 9. Suar. d. 2. 3. sect. 1. Henric. l. 4. c. 4. n. 5. liter. D. Bonac. plures referens de pen. d. 5. q. 5. sect. 2. pun. 4. n. 32. Coninch. d. 5. dub. 9. n. 66. Palao 10. 4. tr. 2. 2. d. vnic. punct. 20. §. 3. num. 2.

Si post factam legitimam confessionem, in peccatum lethale quis incidat, non tenetur ex vi huius præcepti, illud eo anno fateri. Quia præceptum non est de Confessione facienda eo anno omnium peccatorum, quæ eo anno fuerint commissa, id enim apertius deberet explicari; sed præceptum fuit de confessione semel in anno faciendæ omnium peccatorum, quæ ad validam, & fructuosam confessionem fateri necessarium fuit. Quod si postmodum quis peccatum aliquod lethale committat, in confessionem anni sequentis poterit referuare. Victoria de confess. n. 137. Laym. l. 5. tr. 6. c. 5. n. 10. Reginald. l. 3. n. 38. Coninch. d. 5. dub. 7. n. 59. & alij recepti ex sententia.

Per confessionem illegitimam, nempe absque dolore, vel integritate non fit satis præcepto. Quia præcepto diuino de confessione faciendâ non satisfacis, cum inualide confiteris, ergo, nec Ecclesiastico præcepto: hoc enim solum est præcepti diuini terminatio. Trident. sess. 14. c. 5. & can. 8. Suar. 10. 4. de pen. d. 3. 6. sect. 7. n. 3. & 8. Comit. l. 1. respons. moral. q. 19. Coninch. d. 5. dub. 9. n. 6. Laym. l. 5. tr. 6. c. 5. n. 11. Fagund. l. 1. c. 2. n. 5. Bonac. de pen. d. 5. q. 5. g. 2. pun. 4. n. 26. At sect. 2. sermo redibit.

Hinc infero, si te confitentem incurrere Synodalem excommunicationem, quæ ipso facto omittentibus confessionem annuam ferè in omnibus Diocesisbus est imposita. Quia vere confessionem omittis, idem enim est actum non fieri, ac fieri nullum. leg. Duo sunt Tit. ff. de testam. tutela. Nomine namque confessionis confessio valida debet intelligi. Ezech. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI. Pars II.

Suar. d. 16. sect. 8. n. 1. Fagund. l. 1. cap. 4. n. 12. Bonac. d. 5. q. 5. sect. 2. pun. 4. n. 25.

Non impletur præceptum, si quis ex parte sua confessionem validam faciat, & Confessio. Non impletur ex malitia, vel ignorantia absolutionem tur præceptum non impertiat. Quia per eam confessionem primum, si non satisfacit diuino præcepto, quidem peccata soluta non sunt, sed adhuc retinentur, ut rursus ex malitia, vel ignorantia, vel ignorantia non terminatiuum. Suar. d. 36. sect. 7. n. 3. Coninch. absoluit. d. 5. dub. 9. n. 70. Nauar. sum. c. 10. n. 4. Fagundez lib. 1. cap. 4. nem. 5. Layman. lib. 5. tract. 6. cap. 5. num. 11.

CAPVT IV.

De causis excusantibus ab huius præcepti transgressione eiusque poenarum incurfu.

Remo excusatur quis ab implendo hoc præcepto, si ei, vel alteri imminet vitæ, honoris, vel fortunæ grane damnum. Quia lex diuina, & Ecclesiastica, cum sit iugum suave, & onus leue, non censetur cum tanto detrimento obligare. At ris, vel fort illud detrimentum honoris, quod ex confessione ipsa sublequitur, ut scilicet apud Confessarium minorem sortiatur æstimationem, opinioque, quam de eo conceperat, euanescat, non potest eum à præcepto excusare. Quia ille est agnatus secundo crimini effectus, etsi ob vitâ huiusmodi apud Confessarium notâ liceret, omittere præcepti huius obseruationem, raro daretur casus, in quo obligaret. Coninch. d. 5. dub. 3. n. 53. & omnes.

Potro sæpe quis potest à confessione vnus, alteriue peccati excusari, quod ex eius manifestatione graue damnum imminet, non tamen à manifestatione aliorum peccatorum, & consequenter nec à confessione annua faciendâ. Palao p. 4. tr. 2. 2. d. vni. pun. 20. §. 3. nu. 8. & alij communiter.

Si nullum in specie peccatum declares, non est tibi absolutio extra mortis articulum concedenda. Quia alienum est ab usu Ecclesiæ, sententiam absolutionis ferre, nulla causa specialiter iudicanda proposita. Laym. l. 5. tract. 9. cap. 5. num. 15. & alij. Vnde præceptum confessionis annuæ, si lethali piculo iretiris, non implebis.

Si non tua, sed Sacerdotis culpa defectus in absolutione contingit, excusatus eris à præcepto, & à poenis ei annexis, dum bona fide existimas, te esse absolutum. Secus erit, si bona fides cesserit, & defectum agnoueris. Quia licet absolutio à te proxime non dependet, pendet tamen à te, absolutionem procurare, eique confiteri, qui absolutionem concedat. Si tamen aliquando id præstare non potes, à præcepto excusaris, tamen illud non impleas. Corduba q. 15. Suar. d. 36. sect. 8. n. 3. Fagund. l. 1. cap. 4. numer. 6.

18

Excusatur hoc præcepto, si ei, vel alteri imminet vitæ, honoris, vel fortunæ grane damnum. Quia lex diuina, & Ecclesiastica, cum sit iugum suave, & onus leue, non censetur cum tanto detrimento obligare. At ris, vel fort illud detrimentum honoris, quod ex confessione ipsa sublequitur, ut scilicet apud Confessarium minorem sortiatur æstimationem, opinioque, quam de eo conceperat, euanescat, non potest eum à præcepto excusare. Quia ille est agnatus secundo crimini effectus, etsi ob vitâ huiusmodi apud Confessarium notâ liceret, omittere præcepti huius obseruationem, raro daretur casus, in quo obligaret. Coninch. d. 5. dub. 3. n. 53. & omnes.

19

Sæpe quis potest à confessione vnus, alteriue peccati excusari, quod ex eius manifestatione graue damnum imminet, non tamen à manifestatione aliorum peccatorum, & consequenter nec à confessione annua faciendâ. Palao p. 4. tr. 2. 2. d. vni. pun. 20. §. 3. nu. 8. & alij communiter.

20

Si nullum in specie peccatum declares, non est tibi absolutio extra mortis articulum concedenda. Quia alienum est ab usu Ecclesiæ, sententiam absolutionis ferre, nulla causa specialiter iudicanda proposita. Laym. l. 5. tract. 9. cap. 5. num. 15. & alij. Vnde præceptum confessionis annuæ, si lethali piculo iretiris, non implebis.

21

Excusaris à præcepto, & à poenis ei annexis, dum bona fide existimas, te esse absolutum. Secus erit, si bona fides cesserit, & defectum agnoueris. Quia licet absolutio à te proxime non dependet, pendet tamen à te, absolutionem procurare, eique confiteri, qui absolutionem concedat. Si tamen aliquando id præstare non potes, à præcepto excusaris, tamen illud non impleas. Corduba q. 15. Suar. d. 36. sect. 8. n. 3. Fagund. l. 1. cap. 4. numer. 6.

SECTIO SECVNDA.

De Præcepto annuæ Confessionis, Dubia.

CAPVT V.

Circa præcepti huius essentiam.

QVÆSTIO INCIDENS.

Vtrum annuæ Confessionis præceptum sub lethali piaculo obliget?

22
Non obligat sub lethali.

SUB culpa lethali videbitur non obligare. Quia Ecclesia solummodo tulit de Sacra Communione in Paschate præceptum: de Confessione verò tantum consilium, & exhortationem. Sic Duran. in 4. dist. 17. q. 14. Turrecr. de penit. difficult. 1. §. Denique, numer. 4.

23
Sub lethali obligat.

Obligat sub culpa lethali. Quia expresse in Tridentino sess. 14. c. 5. & can. 8. dicitur esse in Ecclesia de Confessione annua præceptum. Ita Medi. C. de Confess. q. 4. & 18. Henric. lib. 1. c. 4. n. 1. litt. A. male citans pro contraria sententia Medinam. Suar. de pen. d. 36. sect. 1. nu. 4. citans Paludanum, vtrumque Sorum, Canum, Caietanum, & Gabrielem. Coninch. d. 5. n. 47. & 48. Fagundez præc. 2. l. 1. cap. 3. n. 2. alios afferens. Valq. q. 90. a. i. d. 4. n. 18. Lugo d. 15. n. 89. & omnes.

24
Hoc de Fide.

Miror Durandum, & Turrecrematam doctissimos asseruisse de consilio, non de præcepto esse annuam Confessionem, cum Concilia tam aperte loquantur. Audi Lateranense sub Innocentio III. Omnis viriſque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis peruenit, omnia sua peccata saltem semel in anno confiteatur. Quod autem non sit consilium, sed præceptum, patet aperte. Nihil enim est magis commune, ac vulgare inter fideles, quam esse quinque Ecclesiæ præcepta, ex quibus vnum est Confessionis. De Fide igitur est, latum esse ab Ecclesia annuæ Confessionis præceptum obligans sub lethali. Vnde Dubium dissolvitur, nec enim potest prima sententia defensari.

DVBIUM I.

An præceptum hoc obliget per se, ad Confessionem?

25
Non obligat per se.

Non obligat per se, sed per accidens. Quia cum Ecclesia imperat suscipi à fidelibus

Eucharistiam in Paschate, ideo vult Confessionem præcedere. Sic D. Antonin. 3. p. tit. 14. cap. 19. §. 3.

Per se obligat, & ex vi proprii præcepti distincti à præcepto Communionis. Quia id per se obij. constat aperte ex cap. Omnis viriſque sexus, & gat. ex Tride. sess. 14. c. 5. & can. 8. Ita Petr. de Ledef. sum. c. 8. post 5. concl. Moltes. tr. 7. c. 9. n. 13. Suar. tom. 4. d. 36. sect. 1. num. 4. Reginald. lib. 6. numer. 34. Diana part. 8. tract. 1. res. 14. & alij communiter.

Certissimum hoc, nec contrarium vlla probabilitate nititur. Duo quidem præcepta Confessionis scilicet, & Communionis annuæ per se obligantia tulit Ecclesia, vnde qui Confessionem, & Communionem omitteret, duo crimina perpetraret.

QVÆSTIO INCIDENS.

Vtrum præceptum hoc quoad substantiam, & quoad tempus sit purè humanum?



SSE videtur purè humanum. Quia confessio fuit à Christo instituta, non tamen præcepta: nun. ergo quoad substantiam, & quoad tempus est purè humanum.

Sic D. Bonau. in 4. dist. 17. dub. 1. Hugo. Victor. lib. 2. de Sacram. p. 14. c. 1. & alij apud Becan. de penit. c. 36. q. 1. Adrian. in 4. qu. 1. §. Pro huius de- cis. & id esse probabile innuit Petr. de Ledef. cap. 8. concl. 3.

Purè humanum non est, sed diuinum quoad substantiam, quoad determinationem vero temporis Ecclesiasticum. Quia sic manifeste edocet Trident. sess. 14. c. 5. dicens, Ecclesiam tantum statuere, vt diuinum Confessionis præceptum singulis annis impleteretur. Ita Suar. ro. 4. d. 36. sect. 1. n. 5. Valq. q. 90. a. i. d. 4. n. 21. Fagundez præc. 2. l. 1. c. 3. n. 2. Villalob. Archang. P. Ledefm. Becan. & alij, quos refert, ac sequitur Leand. p. 1. tr. 5. d. 3. q. 24.

Certissimum est, hoc præceptum quoad substantiam esse diuinum, & solum quoad determinationem temporis pro annis singulis esse Ecclesiasticum. Nam Christus Dominus Sacramentum Confessionis instituens cum dixit Ioan. 10. Quorum remisistis peccata, remittuntur eis, præcepit plane peccata fore confessione aperienda, vt remitterentur. Nec contrarium potest villo modo defendi.

DVBIUM

Sectio II. Dubia, De Præcepto I. 41

DVBIVM II.

An præceptum hoc confitendi semel in anno supponat debere nos confiteri statim post commissum lethale peccatum, si est periculum grauis obliuionis?

³¹ *Supponit id* **S**upponit quidem. Quia cum præcipiatur, hand id præstare poterimus si Confessionem differamus. Vnde supponit Ecclesia dum præcipit semel nos in anno confiteri periculum obliuionis non esse futurum. Sic Marfil. in 4. q. 11. Maior. dist. 17. q. 2. Adrian. q. 5. de Confess. Nauar. ad cap. Placuit, de penit. dist. 6. nu. 159. Medi. C. de penit. tr. 2. q. 14. §. 2. Moyses. tr. 7. c. 10. nu. 18.

³² *Non supponit* Non supponit. Quia nulla lege obligatur peccatum mox confiteri, & sine lege non est asserenda obligatio. Nec præceptum Ecclesiasticum supponere potest quod præceptum diuinum Confessionis non imperat. Ita Nauar. meliori consilio in sum. c. 21. n. 35. Valent. p. 4. d. 9. punct. 4. Luis. Turrian. de penit. q. 6. d. 2. d. 19. diff. 2. Henric. l. c. 4. n. 8. citans Durandum, Canum, P. de Soto, Victoriam, Syluestrum, & Tabienam, Card. de Lugo de penit. d. 15. n. 41. & alij.

³³ *Hoc longe probabilius* Hoc longe probabilius. Nam Concil. Florentinum, & Tridentinum tantum obligant ad confitenda peccata, quorum meminerimus. Et quidem in anni decursu totius nonnulli ita solent delinquere, vt veri numeri in Quadragesima, si vique ad id tempus confessionem distulere, non meminerint. Vtile quidem erit mox post patratum crimen fateri, sed non necessarium, quia id nec diuinum præceptum imperat, nec supponit Ecclesiasticum. Didici ex Lugo.

CAPVT VI.

Circa eos, qui hoc præceptum tenentur obseruare.

DVBIVM III.

An Summus Praesul obligetur Confessionis annuae præcepto?

³⁴ *Non obligatur sub mortali* **N**on obligatur nisi ex congruitate, vel saltem sub veniali solum. Quia lex Concilij non potest obligare Pontificem, cum hic sit illo superior. Sic Ludouic. de San. Iuan. q. 5. de Confess. art. 6. dub. 2. Richard. dist. 17. art. 2. quest. 4. ad 5. Scot. qu. 1. art. 1. Nauar. de penit. dist. 5. §. 2. nu. mer. 32.

³⁵ *Obligatur sub mortali* Obligatur sub mortali. Quia licet Princeps Eccles. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI. P. II.

non obligetur legibus quoad vim coactiuam; *Obligatur quoad vim tamen directiuam obligatur, quatenus non debet se absque rationabili causa ab obligatione, quam ipse reliquo corpori imponit eximere.* Ita Azor. 1. l. 5. c. 11. Suar. hic, d. 36. sect. 2. n. 5. Valq. q. 90. a. 1. dub. 5. nu. 12. & alij apud ipsos.

³⁶ *Hinc adherens sententia, obuius* Equidem sententia huic vetiori plane adherens, existimo eius fundamentum non videri satis firmum ad inducendam saltem mortalem obligationem. Nam licet supremus Princeps, iuxta probabilior sententiam, nequeat absque rationabili causa secum in propria sua lege dispensare: hoc tamen peccatum dispensationis absque causa sufficienti à multis solum esse veniale reputatur. (Sanch. l. 8. de marrim. d. 18. nu. 7. Palao tom. 1. tract. 3. d. 6. punct. 8. §. 1. nu. 5.) quando non adest scandalum, vel notabile aliorum danum. (Scio Sanchium lib. 5. consil. cap. 1. dub. 5. hanc sententiam reuocasse.) Si ergo potest absque graui piaculo Pontifex cum aliquo sua in lege dispensare; cur absque graui culpa secum dispensare non posset? Quod si potest dispensare, iam obligatio tota illius legis respectu Pontificis erit solum sub veniali, cum possit quoties voluerit, dispensare secum, & sibi obligationem sub mortali auferre. Aliter ergo operæ pretium est hanc communem doctrinam probare. Licet sit formaliter præceptum Ecclesiasticum, est tamen fundamentaliter, ac remore diuinum, quatenus Christus præcipiens confessionem, videtur etiam præcipisse Ecclesiae, vt determinaret lege aliqua Ecclesiastica tempus. Quare Pontifex tenetur hanc determinationem facere pro omnibus, nec potest licite eam tollere; atque adeo si non confiteretur, peccaret.

Quia vel hoc faceret non ablata villo modo Ecclesiastica lege Confessionis: vt tunc peccaret contra legem determinantem tempus Confessionis à Christo Domino præceptæ, & per consequens contra legem Christi obligantem iam posita temporis determinatione; Vel tolleretur prius legem Ecclesiasticam, seu determinationem temporis quoad se, abrogando illam partialiter: & tunc peccaret contra legem Christi, quia debet omnibus fidelibus determinare tempus, quo præceptum Christi debeant implere. Cæterum negari non potest probabile esse, quod si hanc legem Ecclesiasticam quoad se non omnino tolleretur, sed alteraret quoad tempus, volendo quod determinatio temporis quoad se esset pro hac vice annus cum dimidio; grauius non delinqueret. Quia iam relinqueret aliquam temporis determinationem etiam pro se: & aliunde non videtur grauis culpa se in omnibus cum suis subditis non conformare. Mecum Card. de Lugo de penit. d. 15. n. 143. Filliuc. tom. 2. tractat. 21. nu. 426. & Lessli. 2. c. 35. dub. 5. nu. 34.

DVBIVM IV.

An pueri in quacumque aetate capaces fuerint vsus rationis, sint ad præceptum Confessionis annuae obligati?

³⁷ *Certa præmissa* **C**ertum est, omnes fideles aqua Sacra dilutos sexus vtriusq; postquam ad annos discretionis

D 3 nis

42 Theologia Moralis. Lib. XLIII.

nis peruenient, qui sibi cōlicij fuerint alienius lethalis piaculi, hoc praecepto obligati. Tridentin. sess. 14. cap. 5. & canon. 8. Si quis dixerit, confessionem omnium peccatorum, qualem Ecclesia seruat, esse impossibilem, aut ad eam non teneri omnes, & singulos viriūque sexus fideles, &c. Anathema sit. Porro nihil iustius, quam ut homines obligentur, ad ineundam cum Deo amicitiam, si forte illam per lethale piaculum amittere. Quasi enim vero qua in ætate pueri baptizati praecepto Confessionis annuæ sint adstricti, an in quacumque ætate capaces fuerint vltus rationis sint obligati?

38 Minime obligati sunt ante annum duodecimū. Quia licet post septennium delinquere possint, & inter licitum, ac illicitum discernere: tamen Ecclesia ante annos duodecim, vel forte quatuordecim, non vult eos suis preceptis, vel censuris obligare. Et quia ante hos annos, ut experimento comperimus, non sunt capaces praecepti Eucharistiae: ergo nec penitentiae, cum eodem verborum tenore in cap. Omnes viriūque sexus Ecclesia omnes fideles ad Eucharistiam, ac Confessionis praeceptum adstringat. Sic Sotus in 4. dist. 12. quest. 1. a. 11. & l. 8. de iust. q. 3. art. 2. D. Antonin. part. 2. tit. 9. cap. 8. §. 1. Hostiens. & Ancharan. ad cap. Omnes viriūque sexus. Faunt Sā verb. Censura, numer. 2. & verb. Pueri, num. 1. & Molina tom. 3. de iust. d. 51. num. 8. docentes regulariter loquendo pueros Clericos in minoribus inter se rixantes, ac se inuicem percutientes censuram, cap. si quis suadente, ante annos pubertatis non incurere, (est, in foeminis pubertatis annus duodecimus in masculis quatuordecimus.) Alij existimant, non teneri pueros ante septennium, etiam si constet vltus rationis pollere. Sic Sanci. in select. d. 51. num. 31. Palao tom. 1. tract. 3. d. 1. punct. 2. §. 2. n. 3. Diana p. 4. tr. 3. resol. 52. Lugo de penit. d. 15. n. 152. docet ante annum octauum non teneri.

39 Tenentur quidem, cum primum peccare possunt, etiam si septennium non attigerint. Quia id clare constat ex cap. Omnes viriūque, ubi dicitur: Omnis viriūque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis peruenierit, omnia sua peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur. Et quidem non requiritur maioris discretionis ætas ad Sacramentum Confessionis ineundum, quam ad delinquendum. Ita Aureol. in 4. dist. 17. art. 2. Tenetur confiteri puer habens discretionem. Si enim habet infra vnum annum, vel duos natiuitatis suæ discretionem, per quam haberet conscientiam de peccato, puto quod teneretur ad confitendum. Sic ille. Sanch. sum. l. 1. c. 12. Navar. sum. c. 21. n. 3. Viñ. q. 128. Scotus dist. 17. q. 1. art. 2. Suar. to. 4. d. 36. sect. 2. n. 3. citans Canum, Gabriclem, Syluestrum, Richardum, & Cordubā. Henriq. l. 1. c. 5. n. 2. Layman. libr. 5. tractat. 6. cap. 5. num. 6. Valq. quest. 90. art. 2. dub. 2. Hurtad. d. 7. diff. 9. Fagundez prec. 2. libr. 1. cap. 3. num. 12.

40 Profecdo sicut non potest certa ætas designari, in qua rationis vltus elucescat: ita non potest certa ætas definiri, in qua quis incipiat obligari; sed totum id Confessarij prudentis arbitrio relinquendum; plenus namque rationis vltus non ex ætate, sed ex discretionem pensandus. Vnde existimo longe probabilius esse

obligari pueros ad praeceptum Confessionis annuæ seruandum quacumque in ætate tempus discretionis inierit. Quia pueri discretionē vtentes aliis Ecclesiæ praeceptis obligantur, nempe audiendi Sacram, abstinenti a carnibus diebus prohibitis: ergo etiam praecepto Confessionis maxime necessario adstringentur.

D V B I V M V.

An heretici, alique infideles Sacra vnda diluti, obligentur annua Confessionis praecepto?

DE praecepto diuino non est dubium, vt ait Suar. d. 35. section. 2. num. 4. de Eccle. Non obligatio dabitur. Non obligantur. Quia in cap. Omnis viriūque sexus, de penit. sermo est de solis fidelibus, dicit enim: Omnis viriūque sexus fidelis, & in Tridentino quod de hac obligatione sermo habetur, semper repetitur illa particula fidelis, vt constat ex sess. 14. cap. 5. & canon. 8. Et quidem si hæc lex lata esset etiam pro hereticis non videretur prudens, ac rationabilis, cum certum sit, ipsos eam non obseruaturus, vnde solummodo defertur ad noui piaculi materiam in eius violatione exhibenda. Sic aliqui Recentiores, quos pressis nominibus memorat Card. Lugo de penit. d. 15. num. 144.

Obligantur quidem. Quia hoc praeceptum non fuit de re noua, aut non iam indicta iure diuino, sed de Confessione à Christo praecepta tempus illius determinando, quæ determinatio fuerat Ecclesiæ commissa, si homines negligentes essent in huius Sacramenti susceptione. Cum ergo diuinum praeceptum omnes baptizatos comprehenderet, debuit etiam Ecclesia iis omnibus tempus præscribere Confessionis gerendæ: alioquin non satisfacisset debito suo determinandi tempus omnibus, qui alioquin ex Christi Domini praecepto ad Confessionem erant obligati. Ita Cardin. Lugo tom. 1. de penit. dub. 15. num. 145. asserens Theologos communiter hoc supponere, dum vniuersaliter dicunt, omnes baptizatos, qui post Baptismum peccatum lethale perpetrarunt, hoc praecepto comprehendij, licet de hereticis expressè non loquantur.

Et quidem si heretici non comprehenderentur, sequeretur, nec etiam comprehendi eum, qui forte incidit in aliquod graue piaculum contra fidem, atque adeo omnes alios peccatores debere confiteri, præter hunc qui etiam contra fidem deliquit: quod tamen nulla admittit. Cæterum illa particula Fidelis, quæ in illo textu habetur, minime obstat, illo enim nomine significantur omnes, qui Baptismum acceperunt, quod est fidei Sacramentum. Sicut è contra non intelliguntur qui fidem Christi habent, si baptizati non sunt, eos enim Ecclesia obligare non potest. Cum Lugo resolui questionem

QVÆ



QVÆSTIO INCIDENS.

Num octogenarij senes teneantur annue Confessionis seruare præceptum?

NON tenentur. Quia senectus humilissimi ferè semper adeo homines simplices, ac rationis reddit expertes, vt nihil à pueris differre videantur. Hippocrat. apud Alphons. Ruiz. in *medici. medicor. inspp. lumen. 1. fol. 65.* Ludou. Viues lib. 2. de *anima.* Ergo cum pueri antè septennium legibus Ecclesiasticis sint solutietiam octogenarij liberi esse censendi sunt. Sic Narbo. de *stat. homin. anno. 80. q. 4. n. 2.*

¹⁴ Tenentur omnino. Quia *cap. Omnis virius.* Inu. qui que sexus indiscriminatum omnibus, qui ad annos discretionis peruenierint imperatur, vt singulis annis confiteantur, & Sacra reficiantur communione. Porro pueri, qui ante septennium vlu rationis pollent, præcepto Confessionis annue ligantur, licet aliis Ecclesiæ vt ieiunij, annue Communions &c. præceptis non illigentur. Ergo similiter octogenarij senes quamuis ob eorum debilem ac iam puerilem etatem legibus onerosis non adstringantur. v. gr. ieiunij: tenentur tamen annue Confessionis, ac Communions præcepto toto vire spatio, quo vlu rationis polleant. Ita Hostiens. sum. §. *Quando confitendum.* & omnes quos legi Doctores, vnde singulariter Narbona (doctus planè) contrarium asseruit.

⁴⁵ Ego quidem existimo, defendi non posse senes non obligari hoc seruare præceptum præcise ex eo quod octogenarij sint. Quia si defectus rationis non excusat, nulla grauis excusabitur etas, etiam nonagenaria, & centenaria. Attamen si senes præfati omnino sint rationis expertes infantulorum in morem, aut omnino amentes nullo Ecclesiæ præcepto adstringentur. Sed cū hoc sit per accidens, (multos enim nonagenarios videmus vegeta ratione polle-^{re}) non potest absolute affirmari, octogenario Confessionis annue præcepto non alstringi. Quare hanc sententiam veram vnice, contrariam verò omnino falsam esse definitio.



QVÆSTIO INCIDENS.

Num qui solum internis peccatis sauciantur, teneantur Confessionis annue præceptum implere?

NON teneri videbitur. Quia de internis Ecclesiæ non indicat. Vnde qui solum cordis piaculis grauaretur, posset Confessionem differre, nisi alias ex præcepto diuino obligaretur. Sic

Glof. ex Bart. ad *cap. si cui, de pœnit. dist. 1.* Fauet Palud. in 4. dist. 17. q. 2. a. 5. docens, saltem directè non teneri quem ad confitenda peccata interna ex præcepto Papæ, & Ecclesiæ. Margarita Confessor. v. *Confessio, fol. 44.*

Tenentur plane. Quia id clare colligitur ex *cap. Omnis*, & ex Ecclesiæ totius vlu comprehenditur. Et videtur definiti à Tridentino *ses. 14. n. 6.* *can. 7. & c. 1. profante: Ex his colligitur, oportere à pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem discussionem conscientiam habent in confessione recenseri, etiamsi occultissima illa sint.* Ita Nauar. ad *cap. Frater, de pœnit. dist. 5. n. 59.* Suar. to. 4. d. 36. *sect. 2. n. 2.* Bonac. d. 5. q. 5. *sect. 2. pun. 4. num. 6.* citans Vazquesium, Henriquez, Reginaldum, Filliucium, Valentiam, Ægidium, Mollesium.

Hanc sententiam certissimam, & omnium Theologorum ac Iuristarum autoritate confirmari existimo. Vnde primam merito cum nonnullis ex citatis Auctoribus temerariam appellare non dubito.

DVBVM VI.

Quis solummodo venialibus culpis se commiserit reum: Ex vi præcepti huius teneturne sub mortali aliquo semel in anno confiteri?

TENETUR quidem. Quia præceptum Ecclesiæ non est, quod quis mortalia aut venialia confiteatur in anno, quemadmodum præcipit, quod semel Eucharistiam recipiat. Sic D. Bonau. in 4. dist. 17. p. 2. a. 2. q. 1. Alen. p. 4. q. 18. memb. 4. a. 2. Richard. dist. 17. a. 2. q. 4. Nugnus in addit. q. 6. a. 3. dub. 2. Tho. Hurtado to. 2. tr. 12. c. 1. §. 2. dub. 1. n. 2106.

Minime tenetur. Quia hoc præceptum tantummodo est præcepti diuini determinatio; at diuino præcepto solū tenetur confiteri, qui mortali aliquo crimine illigatur. Ita D. Thom. in 4. dist. 17. q. 3. a. 1. *quæsiunc. 3.* ad 3. Palud. Scot. Angel. Caiet. Gabri. Maior, & alij, quos citat, ac sequitur Valq. *quæ. 90. a. 2. dub. 1. n. 1.* Nauar. Corduba, Soto, Glof. quos asserit, ac sequitur Suar. tom. 4. dub. 36. *sect. 2. numer. 3.* Granad. tract. 1. dub. 9. *sect. 3. numer. 9.* Candid. *disquis. 24. articul. 5. dub. 1.* & alij communiter.

Hæc sententia longe est probabilior. Nam præceptum Ecclesiæ in illo *cap. Omnis*, est de confitendis omnibus peccatis semel in anno: *Etiam longe* Ergo solum loquitur de omnibus mortalibus: certum enim est, non esse præceptum de confitendis omnibus venialibus. Et quidem Ecclesiæ non præcipit rem non debitam ex Christi præcepto, sed solum quod confessio iam præcepta saltem in anno semel impleatur: solum ergo præcipit mortaliū confessionem; hæc enim sola erat à Christo Domino præcepta. Fateor, de facto omnes cōfiteri, quia apud fideles mirum esset, si inueniatur aliquis, qui inter homines vitam degat, & nec confiteatur per totum annum, nec peccet mortaliter; qui

D 4 enim

SCOTAR
col. Mor.
WV.VII
E. IV

44 Theologiæ Moralis. Lib. XLIII.

enim absque lethali piaculo annum peragunt, solent frequentissime alia minora peccata facere. Vnde qui non confitetur, præsumitur non id facere propter defectum, sed propter excessum materiæ: Suarium Lege.

cit. ar. Victor. de Sacram. nu. 129. Sotus in 4. dist. 17. qu. 1. a. 3. Lugo de pæn. d. 15. n. 133. Hurtad. d. 7. diff. 7. Ludou. de San. Iuan. q. 5. de pæn. u. 5. diff. 3. Becan. de pæn. c. 36. concl. 6. num. 4. P. Ledef. c. 8. de pæn. concl. 6. dub. 2.

Existimo, ex vi saltem præcepti Confessionis annuæ non teneri: posse vero obligari ad *Quia Anthon* comparandum oratione scandalii sedandi, si forte ortum fuerit.

DVBIVM VII.

Habet quis lethalia crimina, qua iusta ex causa Confessario aperire non debet: Tenetur sub mortali venialia confiteri, ut præceptum hoc impleat?

52
Tenetur plane.

Tenetur venialia confiteri, ut præceptum annuæ Confessionis impleat. Quia dum venialia aperit, & ab his absoluitur, indirectè à mortalibus illis absoluitur quæ iuste retinet. Ergo qui mortalia confiteri non potest venialia debet confiteri, ut ad Dei gratiam illa absolutione indirecta quoad mortalia restituatur, quod intendit Ecclesia annuam imperans Confessionem. Sic Alenf. 4. p. 9. 18. memb. 4. a. 2. Bonavent. in 4. dist. 17. p. 2. a. 2. Richard. dist. 17. a. 2. q. 4. Nugn. q. 6. diff. 1. Granad. tr. 9. d. 5. n. 23.

53
Non tenetur.

Non tenetur. Quia nullum extat præceptum fideles adstringens, venialia in communi confiteri. Ita Lugo de pæn. d. 15. num. 175. Suar. tom. 4. dub. 36. sect. 6. num. 1. Diana part. 3. tract. 4. resol. 125. Leand. part. 1. d. 3. q. 32. citans Archangelum.

54
Auctoritas v. fo. nio.

Profecto si in hoc casu quis obligetur confiteri venialia ut à mortalibus indirectè absoluitur, (de quo dubitant Doctores:) illa obligationem cenfeo non esse ex præcepto diuino, vel Ecclesiastico Confessionis: sed ex obligatione non communicandi absque præmissa Confessione, vel ratione charitatis propriæ, vel ex alio capite, ut in simili dixit Card. de Lugo de Euch. d. 14. sect. 5.

DVBIVM VIII.

Quis lethale non habens, & idè annuam omittens Confessionem, teneturne tamen coram proprio Sacerdote comparere, eique se conscientia lethalis piaculi non pungi, aperire?

55
Tenetur quidem.

Tenetur quidem. Quia debet Pastori aliquo saltem modo cõstare huiusmodi subditum non teneri præcepto confessionis, ut eum ad Communionem possit admittere. Sic Suar. tom. 4. d. 36. sect. 2. num. 9. Fagund. præc. 2. l. 1. cap. 2. nu. 9. Lublin. v. Confessio, num. 27. Valq. q. 90. c. 2. dub. 2. nu. 18. citat Scotum, & Sotum. Hentiq. l. 1. c. 15. nu. 3. Vega p. 1. cap. 63. casu 84. & alij.

56
Non tenetur.

Non tenetur. Quia si comparere deberet, maxime ad hoc, ut proprius Sacerdos ovis suæ vultum agnosceret: At pœnitentis vultus non debet à Pastore cognosci nisi in Confessionis iudicio: Ergo ex quo cessat iudicij huius obligatio, cessat obligatio comparendi. Ita Valq.

DVBIVM IX.

An Ecclesia possit præcipere, saltem de aliquibus venialibus Confessionem?

Certum mihi, Ecclesiam imperare non posse fidelibus omnium venialium confessionem; hoc enim præceptum esset nimis durum, ac moraliter impossibile. Quæstio igitur est nõ de omnibus, sed de aliquibus venialibus, an scilicet de eis possit Ecclesia Confessionem præcipere?

Potest quidem. Quia licet confiteri omnia graue esset onus, confiteri tamen aliqua, hæc vel illa onus lene videtur, & aliunde vtilitate Sacramenti conferentis ex opere operato gratiam, compensatur. Sic Card. Lugo de pæn. d. 15. numer. 119. Valq. quæstion. 90. art. 2. dub. 1. & citans Caietanum, Canum, & Navarrum. Suar. tom. 4. dub. 22. sect. 8. numer. 5. offerens Alensem, D. Thomam, Bonaventuram, & Richardum. Hurtad. dub. 7. diff. 8. Azor. part. 1. lib. 7. cap. 39. quæstion. 4. Reginal. lib. 6. numer. 47. Diana part. 8. tract. 1. resol. 15. & alij.

Non potest. Quia Ecclesia nequit pœnitentia forum instituere distinctum ab eo, quod Christus Dominus instituit. At Christus præscripsit, quod solum lethalia tali foro necessarii subiiciantur: venialia verò non necessariò, sed de voluntate pœnitentis: Ergo Ecclesia nequit vllorum venialium piaculorum confessionem imperare. Ita Sotus in 4. dist. 18. quæstion. 1. artic. 3. & 4. Palud. dist. 17. quæstion. 2. artic. 4. Henriquez libr. 4. capit. 4. numero 1. Leand. præc. 2. tract. 5. dub. 3. quæstion. 36. Magnu. 99. Regul. tom. 1. quæstion. 62. art. 1. Archang. dist. 17. fol. mihi 191. col. i. Palao tom. 4. tract. 23. punct. 10. §. 2. num. 6. & alij.

Ego quidem vtriusque opinionis fundamentum ponderans Doctorem videns auctoritatem, censuerim æque esse probabiles. Mihi autem eligo secundam credens, nullatenus posse Ecclesiam directè legem de venialium quorumcumque confessione ferre.

CAPVT

CAPVT VII.

Circa Tempus, quo debeat geri annua confessio.

DVBIVM X.

Quis in anno semel saltem confessus est venialia, sed ante anni terminum mortale commisit: teneturne intra illum annum, præfatum crimen lethale confiteri?

61
Dicitur.

Non tenetur. Quia priusquam in lethale piaculum incidisset, peccata venialia aperiendo confessario, iam annuæ Confessionis præceptum impleuit, imperans fidelibus, vt semel in anno confiteantur: & quidem venialium confessione satisficit præcepto. Sic Richard. Alenf. Bonauent. Nugnus, quos refert Leand. p. 1. r. 5. d. 3. q. 37. Ochagau. r. 2. de Confes. q. 9. & alij.

63
Tenetur.

Tenetur quidem. Quia hoc præceptum est determinatio præcepti diuini, quod solum est de Confessione mortalium. Audi Tridentinum sess. 14. c. 5. Ecclesia non statuit Confessionem, quæ iure diuino necessaria iam erat: sed vt præceptum Confessionis saltem semel in anno ab omnibus impleatur. Præceptum autem Confessionis fuerat de Confessione mortalium, non de venialium: Ergo si Ecclesia voluit huic præcepto Christi satisfieri semel in anno, voluit semel in anno Confessionem mortalium fieri. Ita Lugo de penit. diff. 15. numer. 162. Becan. de penit. cap. 36. question. 8. numer. 4. Diana part. 4. tract. 4. resol. 206. Hurtad. dub. 7. diff. 11. Suar. tom. 4. dub. 36. sect. 3. numer. 9. Laym. lib. 5. tract. 6. cap. 5. numer. 10. Ballæ. verb. Confessio, 1. numer. 18. Leand. citatus.

64
Dicitur.

Profecto si qui per totum anni decursum frequenter solum venialia fateatur, & vltima die Decembris lethaliter delinquat, hoc præcepto obligatur ad confitendum ipsa die. Quod licet durum apparet, verum esse iudicio. Nec hoc peculiare est in nostra sententia: idem enim tenentur admittere qui annum computant à Paschate in Pascha. Nam licet aliquis sæpius confessus fuisset venialia, si tamen in Paschate conscientiam lethalis haberet, propter Confessionis annuæ præceptum, tunc deberet confiteri, vt satisficeret legi confitendi in anno omnia lethalia crimina. Quia illo anno nondum impleuerat Christi Domini de mortalium Confessione præceptum.

DVBIVM XI.

Intra annum quis sua lethalia crimina confessus fuit, sed in anni vltimo (verbi gratia) die aliud lethale crimen patrauit: teneturne vs præcepto satisfaciat, illud nouum fateri piaculum?

Tenetur quidem. Quia præceptum Ecclesiæ de gerenda semel in anno Confessione omnium peccatorum, quæ eo anno fuerint perpetrata. Sic Maceras apud Dianam part. 4. tract. 4. resol. 206. Henriquez l. 4. c. 4. num. 2. & 6.

65
Tenetur quidem.

Non tenetur. Quia præceptum solum est confitendi semel peccata mortalia vsque ad Confessionem, qua quis vult præceptum implere, patrata. Ita Card. Lugo de penit. d. 15. nu. 164. Hurtad. de penit. dub. 7. diff. 11. Luis. Turrian. de penit. disp. 21. dub. 2. citans Vasquezium, Reginal. libr. 3. num. 38. Ledelm. 2. part. 4. ques. 6. artic. 3. Palao tom. 4. tract. 23. punct. 20. §. 3. numer. 3. citans Egidium, Laymannum & alios.

66
Non tenetur.

Hanc opinionem veriore esse existimo adiciens cum meo Eminentissimo ac sapientissimo Cardinali vbi sup. num. 169. idem decendum de eo, qui hoc anno confessus est sæpè venialia, at simul aliquod mortale dubium, postea vero incidit in aliquod mortale certum: non enim obligatur hoc piaculum nouum ante anni terminum confiteri. Quia hic verè iam impleuit præceptum Christi & Ecclesiæ hoc eodem anno: nam licet Christi præceptum non sit confitendi venialia, est autem non solum confitendi peccata certa, sed etiam dubia: illud ergo præceptum impletum est confitendo ea peccata dubia, quæ tunc sauciabatur. Vnde apparet discrimen huius ab eo, qui solum falsus fuisset venialia; per quam Confessionem Christi præceptum non impleuerat, idèoque debet iterum eo anno confiteri, si graui crimine pregrauatur. Accepi ex Palao.

67
Hoc verius esse patet, & aliud consequenter adducio.

DVBIVM XII.

An præceptum annuæ Confessionis obliget per se pro determinato anni tempore, verbi gratia, Quadragesimæ, aut Paschæ?

Obligat pefe pro determinata parte anni, scilicet Quadragesimæ à Dominica Palmarum vsque ad Dominicam in Albis. Quia hæc est omnium fidelium consuetudo, vt piacula sua Confessione circa Pascha expient. Vnde talis consuetudo instar legis est habenda. Sic Fagund. præc. 2. lib. 1. cap. 3. numer. 6. Machad. p. 1. libr. 2. tract. 5. docum. 1. numer. 5. Ballæ. verb. Confessio, 1. numer. 9. P. Soto lect. 5. de Confes. Megala part. 1. lib. 5. cap. 3. numer. 5. Suar. tom. 4. dub.

68
Per se obligat.

dub. 36. sect. 3. num. 9. 10. 11. Medina C. de Confes. ques. 18.

69 *Per se non obligat.* Non obligat per se pro determinata parte anni. Quia cap. Omnis Confessionis tempus ad aliquod anni tempus nullatenus coarctavit. Vnde si quis Confessionem intra annum gessit, non tenebitur postea in Quadragesima ex vi huius praecepti confiteri. Ita Sotus in 4. dist. 18. ques. 1. art. 4. Victoria de pen. n. 37. Canus in relect. part. 5. de pen. 1. Diana part. 2. tract. 17. res. 1. § 4. & part. 3. tract. 4. resol. 81. citans Henriquez Aegidium, Valentiam, Reginaldum Syluium, Azorium Laymanum, Hurtadum Zerolam, Suarium, sed hunc non bene. Granad. controu. 7. tract. 1. dub. 9. sect. 4. num. 14. citans P. de Ledesma, & Graffium. Molfes. sum. tract. 7. cap. 10. num. 23. afferens Vasquium, Nauarrum & alios. Bauny. to. 1. tract. 4. de penit. q. 7. & alij communiter.

70 *Hoc verius existimo.* Verius existimo, non obligare pro determinato anni tempore hoc praeceptum per se. Vnde quis potest ei satisfacere, facta in quacumque anni instantia Confessione. Fateor, fidelium morem esse in Paschate fateri: hoc tamen assero eos non gerere villo ex praecepto, sed quia hoc tempus dicatum est ad satisfaciendum praecepto annuae Communionis, quam si non adest culpa lethalis, decenter; si adest, necessariò Confessio praecedat.

DV B V M XII.

An ad praecepti huius impletionem annus computandus sit à Ianuario in Ianuarium?

71 *Computandus est à Ianuario in Ianuarium.* Est computandus à prima die Ianuarij vsque ad ultimam Decembris. Vnde Confessio facta in qualibet die anni illius ad implendum praeceptum sufficiat. Quia verbum illud cap. Omnis. semel in anno, nisi vim inferas, de toto tempore à principio anni vsque ad finem intelliguntur. Sic Logo de penit. d. 15. numer. 157. Valq. ques. 90. art. 3. dub. 1. Ochagau. tract. 2. qu. 9. dub. 7. diffie. 10. Becan. de pen. c. 36. q. 8. m. 3. Diana p. 2. tract. 17. resol. 54. & alij.

72 *Non est computandus.* Non est computandus à Ianuario in Ianuarium, siue à Ianuarij die prima vsque ad Decembris ultimam: sed à Quadragesima in Quadragesimam. Quia ita communiter ab omnibus fidelibus computatur annus ad huius praecepti impletionem. Idque colligitur ex Trident. sess. 14. c. 5. ibi: Vnde iam in vniuersa Ecclesia cum ingenti animarum fidelium fructu, obseruatur mos ille salutaris confitendi Sacro illo & maxime acceptabili tempore Quadragesima: quem morem hac Sancta Synodus maxime probat, & amplectitur. Ita Suar. tom. 4. dub. 36. sect. 3. Sà verb. Confessio, nu. 4. Fagund. praec. 2. libr. 1. cap. 4. nu. 18. Bonacin. de pen. dub. 5. ques. 5. sect. 2. pun. 4. numer. 19. Coninch. de Sacramen. disp. 5. dub. 6. concl. 2. numer. 56. Reginal. libr. 6. numer. 35.

73 *Auctoris placitum.* & 37. Henriquez lib. 4. c. 4. nu. 1. & alij plures. Scio equidem quinque modis ab Auctoris placitum. bus animum ad Confessionis obligationem

computari. Primus est à primo peccato mortali post Confessionem. Quem reicio, nam si homo peccauit post Confessionem anni praeteriti paulo ante finem Quadragesimae praesentis, posset manere toto etiam anno sequenti absque confessione vsque ad anni sequentis Quadragesimam: quod est contra fidelium praxim, ac sensum. Secundus est, computare annum ab ultima Confessione. Quem etiam reicio, nam qui peruenit ad vsum rationis non potest computare annum ab ultima Confessione, cum nunquam fuerit Confessus. Tertius est, computando annum à principio vsum rationis vniuersumque: nam textus dicit, Omnes fideles statim ac peruenerint ad vsum rationis, debere confiteri semel in anno. At haec explicatio redderet praeceptum valde dubium, non enim potest sciri, quandonam in singulis vsum rationis incipiat. Quartus modus est, ut annus computetur à Paschate in Pascha, de quo sententia secunda. At mihi difficilis. Quia iuxta hanc computationem obligaretur aliquis intra decem menses bis confiteri, nempe si hoc anno confiteatur die prima Maij, quae esset, verbi gratia, Dominica in Albis, anno autem sequenti eadem Dominica esset dies ultima Martij: hoc autem videtur esse contra mentem Concilij Lateranensis, quod non voluit talem obligationem imponere. Igitur quintus modus, (de quo prima sententia) mihi magis applaudit, scilicet ut intelligatur annus iuxta communem significationem à die prima Ianuarij vsque ad ultimam Decembris Fateor, consuetudinem fidelium innuere intelligendum esse de tempore Quadragesimae, in quo omnes confitentur. Sed illa consuetudo orta est ratione Eucharistiae, quae tunc sumitur, & quam debet Confessio praecedere: non vero propter Confessionis annuae obligationem. Nec ea consuetudo inducta est animo se obligandi, sed faciendi Confessionem ex praecepto debitam intra annum sine noui praecepti obligatione. Porro Tridentinum pro secunda sententia citatum laudat, & apud probat consuetudinem confitendi in Quadragesima, non tamen inducit (ut ex verbis eius constat) nouam obligationem. Suar. & Fagundez consule.

DV B I V M XIV.

Qui per totum annum Confessus non est, teneturne quam primum anno sequenti confiteri?

74 *Non tenetur.* Dubium aequè procedit siue culpabiliter, siue inculpabiliter non fuerit Confessus. Porro non tenetur quam primum anno sequenti confiteri, sed potest differre Confessionem vsque ad finem ferè anni sequentis. Quia Confessio annua est cuiusque anni pondus, sicut Officium diuinum est pondus diei: ergo sicut omittens hodie Officium, non tenetur cras duplex Officium recitare nec recitare statim, sed recitare potest qualibet diei crastinae hora: sic qui Confessionem hoc anno omittit, non debet confiteri semel initio anni

Sectio II. Dubia, De Præcepto II. 47

anni sequentis, & iterum postmodum; sed semel solum tenetur pro illius præsentis anni obligatione quacunque anni instantia confiteri. Sic D. Antonin. *pa. 2. tit. 9. c. 9. §. 3.* Syluest. *v. Eucharistia 3. qu. 15. dicto 3.* Cano apud Nugnum *in addit. quæst. 6. a. 5. diffic. 5.* Tabie. *v. Communicare, num. 10.* Megala *part. 1. l. 5. cap. 3. num. 3.* & alij citati à Diana *p. 2. tr. 4. resol. 130.*

Transacto anno tenetur, quamprimum Confessionem facere nec vnica Confessio sufficit pro Confessione, quam prælapso anno omisit, & pro Confessione, quam pro sequenti gerere debet. Quia ex Ecclesiæ vsu Prælati excommunicationem ferunt in eos, qui transacto tempore debito, non confitentur: quæ excommunicatione non est solum pro peccato præterito: nam si hoc esset, posset tolli per absolutionem à Parocho etiam extra Confessionem: Cum ergo tolli non possit, nisi confiteatur, signum est, latam fuisse pro peccato durante, donec homo confitendi obligationi satisfaciatur. Ita Nauar. *sum. c. 2. n. 45.* Victor *n. 147.* Medi. *C. de Confes. q. 14.* Nugn. *in addit. qu. 6. a. 5. diffic. 6.* Valq. *q. 90. a. 3. dub. 2.* Loisl. Turrian. *d. 21. dub. 3.* Lugo *de penit. d. 15. n. 177.* Fagund. *prec. 2. l. cap. 4. num. 36.* Suar. *to. 4. d. 36. sect. 4. n. 2.* Henric. *l. 1. cap. 4. num. 6.* Coninch *d. 5. num. 63.* Laym. *l. 4. tract. 6. cap. 5. num. 8.* Diana *p. 3. tr. 4. resol. 130.*

Hanc eligo sententiam. Nam Tridentinum *ses. 14. cap. 5.* asserit, voluisse Ecclesiam, quod saltem semel in anno Confessionis præceptum ab omnibus impleretur: quibus verbis constat, terminum anni fuisse positum, vt terminum executionis. hoc est, vltra quem non differatur: non verò vt terminum in quo si non fiat, non sit obligatio faciendi. Fatendum enim est, vtroque modo solere tempus designari in præceptis, & votis. Quando autem vno, vel altero sic intelligendum, explicat Suarius *vbi sup. & Sanch. l. 4. Decal. c. 14. n. 24.* qui dicunt, id ex materia, ac circumstantiis præcepti debere potissime colligi. In casu autem nostro clare colligitur tempus designari vt terminum executionis, quia præceptum Ecclesiæ fuit ad hoc, vt fideles non differrent nimium præcepti diuini obseruationem, vt Tridentini verba significant, nam dicere, quod saltem semel in anno obseruetur, est dicere, quod non plus differatur: Ergo qui elapso anno, adhuc non cōfiteatur, transgreditur adhuc præceptum: agit enim quod maior sit dilatio. Idem demum non est in præcepto Officij, recitandi, & similibus, quibus tempus non prescribitur tanquam terminus executionis, sed vt terminus, cui annexum sit illud pondus, tanquam illius diei tributum. Fagund.

DVBIVM XV.

Qui, toto anno elapso, absque Confessione, postea inchoato iam anno sequenti confitetur, debetne iterum eodem anno confiteri?

Respondetur quidem. Quia iuxta moralem estimationem illa confessio ad præcedentem

annum pertinet, vnde tenetur etiam præcepto Confessionis anni illius inchoati satisfacere. Sic Suar. *tom. 4. disp. 16. sect. 4. numer. 5.* docens ex consuetudine debere Confessionem fieri circa Pascha: quare Paschate sequenti fieri debet. Nugnus *in addit. quæst. 6. art. 5. diffic. 5.* Coninch *d. 5. dub. 8.* Bonac. *disp. 5. de Sacram. quæst. 10. §. 5. sect. 2. punct. 4. numer. 11.* Filiuc. *tr. 7. numer. 56.* Becan. *de pen. capit. 36. quæst. 8. conclus. 5.* Medi. *C. de Confes. quæst. 14.* Sotus *in 4. dist. 10. quæst. 1. artic. 4.* Nauar. *sum. c. p. 21. num. 45.* Sylui. *3. part. quæst. 8. art. 11. quæst. 4.*

Minimè debet. Quia præceptum solummodo est de Confessione semel in anno faciendâ. Ergo hoc eodem anno ad aliam non tenetur. Alioquin si deberet Confessiones etiam præteritis recompenfare, obligaretur aliquis ad confitendum quater in anno pro tribus annis præteritis, quibus non est confessus. Ita Lugo *de penit. dub. 15. num. 180.* Hurtad. *de pen. d. 7. diffic. 12.* Diana *parte 4. tract. 4. resol. 206. & p. 8. tract. 7. resol. 80.* Imo Suar. citatus pro contraria sententia, fatetur, in sententia computante annum à Ianuario ad Decembrem, (vt ego computo) ita consequenter esse dicendum.

Cum his opinor. Nec officere existimo, quod nonnulli obiciunt, nempe exigendam esse ab huiusmodi homine anno sequenti nouam Confessionem, alioqui de nouo excommunicandum. Nam excommunicabitur quidem pro Communionis defectu, quæ Paschate sequenti de nouo debetur, & ad quam prærequiritur noua Confessio, si mortali crimine grauetur. At si crimine lethali caret, non debet necessario cōfiteri, etiam si non fuisset antea confessus, nedum si confessus iam fuit.

DVBIVM XVI.

Qui præuidet, postea non sibi futuram opportunitatem confitendi hoc anno, tenenturne Confessionem præuenire, & initio, vel medio anni confiteri?

Tenetur quidem. Quia annuæ Confessionis præceptum in qualibet anni parte obligat: Ergo potest, initio anni, vel ante Quadragesimam adimpleri. Ergo tenebitur, qui putauerit toto reliquo anno fore impediendum. Sic Suar. *tom. 4. dub. 36. sect. 5. numer. 5.* Fagund. *prec. 3. l. 1. c. 6. num. 3. & prec. 2. l. 1. c. 4. n. 16.* Diana *p. 3. tr. 4. resol. 69.* Lugo *de penit. dub. 15. numer. 182.* Bassæ. *verb. Confes. 1. num. 10. & alij.*

Non tenetur. Quia quando homo præuidet futurum vspere impedimentum, non tenetur mane totius Officij Canonici recitationem præuenire: Ergo idem de Confessione annua dicendum. Ita nonnulli Auctores, quos presso nomine refert Ludou. de San. Iuan. *quæst. 5. de penit. artic. 6. dub. 7.* Et Sæ verb. *Confessio, numero 5.* probabile esse fatetur.

Primam sententiam, probabiliorem quidem

SCORAR
eos Mer.
XIVII
E. IV

Prima sententia probabilius non plane ad hunc. dem eligo. Nam cum sit præceptum vniuersale pro anno toto, obligat ad cōtendendum in ea parte anni, qua possum; sicut alia præcepta similia: debet enim illud audire hora decima, quando in sequentibus horis non potero. Circa recitationem verò diuini Officij, secundæ sententiæ fundamentum, dixerim, aliquos asserere, non debere quem preuenire, quando impedimentum non est voluntarium, sed necessarium, ut morbus, captiuitas, &c. Alios tamen communiter id negare. Sed licet daretur antecedens, consequentia non valet; quia anticipatio in officio diuino videtur esse licita ex priuilegio, quo posset aliquis nolle vti: at verò in nostro casu non datur talis anticipatio, cum præceptum confitendi non obliget peculiariter pro aliqua anni parte, sed pro toto anno, sicut præceptum audiendi Sacrum die festo. Lugo mecum.

DVBIVM XVII.

An ex vi Clement. i. Ne in agro, omnes Regulares tam viri, quam femina teneantur semel mensibus singulis Confessionem inire?

83
Tenentur.

Tenentur quidem. Quia Clement. i. Ne in agro Monachis Benedictinis indicitur, ut duodecies in anno, semel scilicet singulis mensibus ad Confessionem adstringantur. At cum statutum hoc Regularem decentiam respiciat, videtur ex Legislatoris mente omnes Religiosos obligare. Sic Nauar. *sum. c. 2. num. 9.* Hentiq. *l. i. c. 4. n. 10.* Ludouic. *de penit. q. 9. a. 1. diff. 1.* Villalob. *tr. 9. diff. 1.* 8. n. 5. Granad. *tr. 1. d. 9. n. 21.* Llamas. *p. 2. Meth. c. 3. §. 4.*

84
Non tenentur.

Non tenentur. Quia statutum hoc de solis Monachis D. Benedicti loquitur, nec apparet efficax ratio, cur sit ad omnes alios Regulares tam viros, quam feminas extendendum. Oportet namque sunt restringenda. Ita Fagund. *prac. 2. l. 1. c. 2. n. 18.* Viuald. *de Confes. n. 51.* Leand. *prac. 2. tr. 5. d. 3. q. 48.* Suar. *to. 4. d. 36. sect. 5. n. 7.*

85
Probabilius hoc mihi.

Existimo probabilius esse, reliquos Regulares viros, ac feminas non habentes hoc statutum vel consuetudinem, non teneri, singulis mensibus Confessionem dare operam. Nam Concilium Tridentinum, cuius mentem fugere non poterat Clementinæ statutum, *ses. 25. c. 10. de Regularib.* non imperat Religiosis, ut singulis mensibus confiteantur; sed consilium impertit: & verbum *Monacho, quo Consilium vtiatur, obligationem non inducit.* Scio tamen, ex Viualdi sententia, & Orlando *Consil. 222.* extendi huiusmodi obligationem confitendi mensibus singulis, ad Canonicos Regulares. Quia Rubrica tituli de huiusmodi Religiosis etiam loquitur, & ubi textus est dubius, Rubrica explicat, quomodo sit intelligendus.

DVBIVM XVIII.

An Monachi Benedictini non habentes nisi venialia, ex vi Clementina teneantur sub lethali, Confessionem gerere menstruam?

86

Tenentur. Quia illi sponte sua se ad hanc Regulam obligant. Non quidem obligantur ad hoc directè & immediatè ex vi præcepti Clementinæ, aut Regulæ, cum nullum præceptum humanum etiam Papale absque proprio consensu possit sub mortali ad venialium Confessionem obligare: quia hoc esset materiam Sacramenti mutare, & facere de venialibus materiam necessariam: nec ex vi Sacramenti poenitentiae, cum venialia ipsius materia necessaria, non sint: sed mediatè, id est, mediante professione, quam emisissent, & qua mediante se obligantur ad omnium statutorum sui Ordinis observationem. Sic Canus *de penit. p. 5. Caiet. tom. 1. Opus. opus. 5. qu. 1. Suar. to. 4. d. 30. sect. 5. Valq. qu. 90. a. 2. dub. 3. Nauar. ad c. Placuit. n. 10. c. 1. 22. Nugnus in addit. q. 6. a. 5. diff. 7. Reginal. l. 6. nu. 106. Laym. l. 4. tr. 6. c. 5. Hurtad. de penit. d. 7. diff. 8. Hentiq. lib. 1. cap. 4. num. 10.*

87
Non tenentur.

Non tenentur ex vi Clementinæ. Quia ut exponit Glossa v. *Mensibus*, Monachi arctantur singulis mensibus, ad quod fideles singulis annis arctantur: At nullus fidelium tenetur quolibet anno venialia sateri: Ergo nec Monachi mensibus singulis. Ita Sotus in *4. dist. 18. qu. 1. a. 3.* Viuald. *de Confes. num. 52.* citans Ledesnam, Gabrielem & Scotum. Diana *p. 5. tr. 1. 3. res. sol. 35.* Prapost. in *3. p. D. Thom. q. 3. de confes. dub. 10. n. 62.* Villalob. *tr. 9. diff. 1. c. 8. n. 5.* Fagund. *prac. 2. l. 1. c. 2. nu. 17.*

88
Hanc dicit sententiam.

Existimo his hærens Doctoribus, huiusmodi Religiosos nec immediatè ex vi constitutionis Clementinæ nec mediatè ex vi professionis ad venialium Confessionem teneri sub mortali. D. Tho. in *4. dist. 16. c. 17. qu. 1. questione 4.* inclinat vehementer in eam sententiam, quæ docet Religiosos hos non teneri in particulari confiteri venialia, sed tantum in communi, ita ut teneantur ad Confessarium accedere, ac dicere, se sibi confcios non esse alicuius mortalium, in venialibus autem deliquisse. Ad quod tamen, Angelici Doctoris venia, minimè eos obligarem, uti superius de fidelibus non habebat lethale, quos quidem non teneri se Parrocho sistere, nisi ad sit scandalum, ex grauium Doctorum autoritate resolui. Latè Fagundez.

DVBIVM XIX.

An præfati Monachi ex Clementina teneantur sub mortali menstruam gerere Confessionem, si lethali crimine grauati sint?

89

Sub mortali tenentur. Quia ex vi Clementinæ Monachi arctantur (uti explicat Glossa) lethali, singulis

Sectio II. Dubia, De Præcepto II. 49

singulis mensibus, ad quod fideles singulis annis arctantur: At fideles sub mortali tenentur annis singulis peccata lethalia confiteri: Ergo Monachi D. Benedicti sub mortali obligantur singulis confiteri mensibus. Sic Valq. q. 90. a. 2. dub. 3. Hortad. de pœnit. d. 7. diffc. 8. Luis. Turrian. dub. 21. de pœnit. dub. 3. Nugn. in addit. question. 6. artic. 5. diffc. 7. & alij.

90 Non tenentur sub mortali, Quia nec Clementinae verba, nec poena inibi imposita mortalem videntur obligationem inducere. Ita Nauar. ad Cap. 7. lacuit. num. 12. Caiet. tom. 1. Opus. opus. 5. q. 1. Ludou. de San Juan. q. 9. diffc. 1. Diana p. 3. tr. 4. res. 12. 5. Barbo. in remis. Concil. sess. 14. c. 5. Palao to. 4. tr. 2. 3. pun. 1. c. 2. nu. 6.

91 Hoc probabiliter esse reor. Nam si ex verbis Clementinae grauis non colligitur obligatio, cur illis est gratis imponenda sub veniali igitur teneri reor Monachos D. Benedicti, singulis mensibus confiteri. Quod si obiciatur ex Regula etiam obligari idem eis imperante, cui adstringi in professione promiserunt: respondeo, non teneri Regulares seruare sub mortali omnia Religionis statuta ex vi professionis. Nam abstinencia à carnibus non apponitur in Regula D. Benedicti vt præceptum, sed vt statutum quoddam, ad cuius obseruationem mediante professione Religiosi se obligant: & tamen Monachi carnis vescientes, mortaliter non delinquent, nisi id statuti gesserint in contemptum. Nec refert, quod statutum addat, posse in carcerem, qui contra id carnibus velci ausus fuerit. Id enim debet intelligi de iis Monachis, qui vel per contemptum, vel per contumaciam, vel contra superiorum obedientiam gesserint. Ex Palao.

D V B I V M XX.

An Monachi D. Benedicti, & D. Bernardi sub mortali obligentur semel in anno suis Prælati faceri sua lethalia peccata, etiam aliis confessionibus ritè ac legitime exposita?

92 Obligantur quidem. Quia id non fit immediate, ac ex vi ipsius statuti, sed mediante, scilicet ratione taciti voti, quod in professione emiserunt omnia statuta Religionis obseruandi, & ratione voti obedientie, quam in ipsa professione promittunt. Quemadmodum ille, qui Sacris initiatur se ad castitatem non immediate quidem, sed mediante Sacerdotalis statu, quem suscipit ex voto obligat. Sic Fagund. præc. 2. l. 2. c. 1. n. 6. Henric. l. 3. c. 9. Nauar. ad cap. Placuit. num. 118. Llamas par. 1. Meib. cap. 5. §. 10. Reginal. lib. 6. num. 118. Tho. Hortad. tom. 2. tr. 1. 12. cap. 1. Paragraph. 2. dub. 11. num. 2101.

Non obligantur sub lethali, imò nec sub veniali. Quia præterquam quod hoc nimium durum esset, iam huiusmodi consuetudo apud Cistercienses cessauit. Ita Coriolan. p. 1. sect. 1. num. 7. Nuald. de confes. nu. 67. Leand. p. 1. tr. 5. d. 1. q. 11. Elcob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI. P. II.

Scio, Dionysium Cisterciens. de hoc statuto non bene sentire, quasi minus prudenter factum, nec obligandi vim habente: attamen simul scio, illud à duobus Pontificibus Sixto IV. ac Pio II. fuisse confirmatum, & commendatum tanquam rem per homines Sanctos stabilitam. Porro enim (vti docet Valq. q. 9. a. 3. dub. 6. n. 17.) fieri illud statutum, concessa inferioribus Confessariis facultate absoluendi, & iniungendi simul in pœnitentia illud onus iterum confitendi eadem Prælati peccata. Vel potuit provenire ex constitutione abque subditorum etiam consensu. Nam licet pro tota Ecclesia non posset fieri talis lex obligans ad secundam eorundem peccatorum Confessionem: non tamen video, cur non posset fieri in Religione aliqua obseruante, in qua possint ea præcipi, quæ ad perfectionem spectare videantur, quam finis illius Religionis intendit. Et quidem in nostra societate vna ex potissimis Regulis est, vt sub litus tota sua conscientiam bis, aut semel in anno superiori manifestet, ita vt graue nihil eum lateat. Non ergo mirum, si Patres Sanctissimi Ordinis Cisterciensis legè tulerint de Confessione semel in anno cum Prælati gerenda. At fateor, ex alio capite posse aliquid periculi habere illam legem vniuersalem sub peccato graui obligantem. Vnde in societate non est præceptum graue, sed sola regul. manifestacionis prædictæ. Porro in Cisterciensi Ordine illud statutum iam ita Prælati moderari sunt, vt ter solum in anno sibi referrent subditorum confessiones: nec tunc eos obligant ad præcedentes Confessiones repetendum, sed solum ad piacula confitenda, quæ ab vltima confessione occurrunt. Vt Llamas Cisterciens. p. 1. Merbo. c. 6. §. 20. testatur Caterum, Coriolano aucto, extat Urbani VIII. decretum, quo præcipitur, vt nullus superior possit subditos obligare, vt sibi confiteantur, nisi ipsi subditi spontè id velint, aut aliquo reueruato crimine teneantur. Facundum adi.

CAPVT VIII.

Circa qualitatem Confessionis, per quam huic Præcepto fit satis.

D V B I V M XXI.

An Satisfaciat quis huic præcepto per Confessionem non integram, omitendo scilicet voluntarie aliquod externum piaculum?

96 Satisfacit quidem. Quia Ecclesia præcipit Confessionem, non absolutionem: vnde absolutio videtur finis, non materia huius præcepti. Ergo licet aliquis ita confiteatur, vt culpa sua absoluat inualidè, vel absolui non possit, nihilominus præceptum implet, & poenas transgressoribus præscriptas euadet. Sic Syl. nest. ver. b. Confessor. 4. num. 3. Sà ver. b. Confessio, num. 1. Victor. num. 163. Alenf. in 4. q. 77. nu. 9. a. 7. Gabri. diff. 17. qu. 1. artic. 3. dub. vlt. Palud. diff.

dist. 17. quæst. 7. Diana verò p. 3. tr. 2. r. sol. 1. 10.
& Fagund. itandum ait posse probabile.

96
Non satis
facit.
Minimè satisfaci. Quia in Trident. sess. 14. c.
5. & can. 8. dicitur, Ecclesiam in hoc præcepto
non imperasse Confessionem absolute, sed so-
lum determinasse tempus, in quo erat facien-
da Confessio, ad quam de iure divino fidelis
obligatur: Ergo præceptum Ecclesiasticum
nequit impleri per aliam Confessionem, nisi
per illam, quæ ex præcepto iuris divini obli-
gatur: præceptum divinum Confessionis so-
lum impletur per Confessionem validam, non
per invalidam. Ita Navar. sum. c. 10. n. 4. Vivald.
de Confess. n. 81. Sorus in 4. dist. 18. q. 3. a. 3. concl.
6. Fagund. præc. 2. l. 1. c. 4. n. 4. Medina, Ægidius
Layman, Comitulus, Filliucius, quos citat, &
sequitur Diana ubi sup.

97
Hoc verius
esse credo.
Hanc sententiam veriorē esse existimo.
Nam Christus Dominus, nec Ecclesia præci-
piunt Confessionem nomine tenus, sed pro-
pter veram Sacramenti receptionem & ob
peccatorum absolutionem obtinendam. At
qui suā culpā integrè non confitetur, non
est dignus absolutione: Ergo nec præcepto
divino, nec Ecclesiastico satisfaci. Verum si
ex parte Confessoris, vel quia non habebat iurif-
dictionem, vel approbatus non erat, & id præ-
nitens ignorabat: vel quia ex propria malitia
non habuit absolendi intentionem: tunc cum
sine penitentis culpā contingat pœnas cen-
suræ effugiet, aliāque iure impositas: tenebitur
tamen, si aliquando id sibi constiterit, de
novo confiteri: qui præcepto re verā non satis-
fecit. Ex Diana.

D V B I V M XXII.

An satisfaciatur qui Confessionis annuæ
præcepto, per Confessionem nullam
ex defectu doloris penitentis?

98
Satisfaci
quidem.
Satisfaciit profectò. Quia Ecclesia solum
externam confessionem præcipit, & illius
defectum punit, cuius executioni occultissimus
defectus doloris, soli Deo cognitus, obstat
non potest. Sic Gabriel. in 4. dist. 17. quæst. 1. art.
3. dub. ult. Sylvest. de Confessor 4. num. 3. Victor
num. 163. Ludovic. quæst. 8. a. 2. diff. 2. asserens,
definitum esse de Alexandrum cap. Quod qui-
dem, de penit. & remis. cum, qui in Confessione
Quadragesimali impœnitentiā afficitur, satis-
facere annuæ Confessionis præcepto, si Sacer-
doti fateatur cuncta sua crimina & aperiat si-
mul impœnitentiam, propter quam non absol-
uitur. Zerola apud Bonac. d. 5. qu. 5. sect. 2. pun. 4.
num. 23.

99
Non satis
facit.
Minimè satisfaci. Quia Ecclesia potest in
his casibus a dum internum imperare, sine quo
non stat actus externus præceptus: potest enim
Ecclesia præcipere receptionem Extremæ vn-
ctionis, v. gr. auditionē Sacri, Officij divini re-
citationem; quæ tamen omnia esse non possunt
sine intentione interna recipiendo Sacramen-
tū, audiendi Sacrum, orandi. Vnde si aliquis ex-
terius vngeretur vel Sacro adesset, vel Offi-
cium materialiter legeret absque intentione

recipiendi Sacramentū, audiendi Sacrum, vel oran-
di, procul dubio nō impletet præceptū, & per eā
sequēs in carceret pœnas, quæ transgressoribus
essent impositæ: Ergo potest similiter Ecclesia
præscribere penitentia Sacramentū, licet con-
sequenter præcipiat actus internos ad valorem
Sacramenti requisitos: & potest pœnam huius
imponere. Ita Card. Lugo de penit. d. 15. n. 138.
Granad. controu. 7. d. 9. n. 24. Valsq. q. 92. a. 3. dub.
5. Bonac. Azor. Coninch, Reginal. Nugn. Piti-
gian. Filliuc. Molfel. quos memorat, ac sequitur
Leand. p. 1. tr. 5. d. 3. qu. 53. Palao 10. 4. tr. 26. pun.
20 §. 3. n. 4. & alij.

100
Hoc verius
esse reor.
Hanc sententiam veriorē esse reor. Nam
Ecclesiæ præceptum terminatur ad idem, quod
à Christo Domino fuerat imperatum, vt ex
Trident. sess. 14. c. 5. constat: Ergo Ecclesia pœ-
nas imponens transgressoribus huius præcepti,
imponit pœnas non facientibus semel in an-
no id, quod ex Christi præcepto debitum erat.
At à Christo Domino non fuerat præceptum,
nisi de vero Sacramento penitentia suscipiēdo.
Rationē autē à priori exponā. Quia licet Ec-
clesia nequeat præcipere actus merè internos:
potest tamē præcipere externos ita, vt deur vi-
sibilis subordinatio & conformitas inferio-
rum ad Superiores in hac visibili Hierarchia,
vt Vasquez docet. Ad hanc verò visibilem (sub-
ordinationē, & conformitatē) nō solum requi-
ritur in Ecclesia potestas percipiendi actus ex-
ternos nudos, & inanimos, sed animatos actu
interno. Didici ex Card. Lugo.

D V B I V M XXIII.

An præceptum annuæ Confessionis implea-
tur per Confessionem validam quidem, sed
informem?

101
Sensu qua-
stionis.
E quidem in opinione negante posse dari
Confessionem validam sed informem, cel-
lat omnino quæstio; si enim talis confessio
non datur, nec etiam per illam poterit præce-
ptum impleri. Suppono igitur confessionem
informem posse dari, & requiro, num
per eam hoc præceptum Ecclesiasticum im-
pleatur?

102
Non imple-
tur.
Non impletur. Quia Christus Dominus
eam præcipit confessionem, quā & à peccato
absoluantur fideles, & gratiā sanctificante do-
nentur: Ecclesia autem determinando tempus
requirit Confessionem fieri, qualem Christus
Dominus præcipit. Ergo Confessione informi
præceptum Ecclesiæ non impletur. Sic Medi.
C. de Confess. q. de confess. fidei iteranda, apud Val-
quez. quæst. 92. articul. 3. dub. 5. num. 5. immerito
citatus cum sentiat oppositum. Ipse verò
hanc sententiam defendit. Et alij, quos pres-
tis nominibus memorat Fagundez ubi in-
fra.

103
Impletur
quidem.
Impletur planè. Quia qui informem gerit
Confessionem verè recipit Sacramentum pen-
itentia, & aliquem illius effectum, licet
pro tunc gratiam Sanctificantem non reci-
piat. Ita Suar. de penit. dub. 35. sect. 4. Granad.
controu. 7. tract. 1. d. 8. num. 10. Fagund. præc. 2. l. 1.
cap. 4. num. 13. Lugo de penit. dub. 15. num. 137.
Bonacina,

ac sequitur Leand. p. 173. a. 3. 9. 34.

104
Ioh. aff. 10.
Certe in ea sententia quod
validam, fed informem admittit, certum existi-
mus, hoc præceptum impleri quoad substantiam,
quia tunc penitens etiam validum facit,
Ecclesia vero solum imperat validam Confessionem.
Et quia facis euenire potest, vt Confessio
fed valida, fed informis abque vilo penitentis
placulo. Cur ergo tunc præceptum
annuat Confessionis non inplebitur? Fagund.
Sic.

D V B I V M XXIV.

Agit quis integram peccatorum Confessionem siue formatam, siue non, sed absolutionem non recipi: sat: facitne Confessionis annua precepto?

101
Satisfact. Satisfacit quidem. Quia præceptum Con-
fessionis non est impositum, nec imponi
potest de actione que in penitentis potestate
non sit, sed Confessionis solum, ut est absolu-
tio, Sic Azor. l. 7. c. 29 g. 4. loquurus de pœni-
tente, qui dignè fuit confessus, led Conf. huij
malitia absolutionem non accepit. Indou.
de Sanctuan. apud Leandrum citandum. Victor.
g 16 i. loquurus de illo, qui omnia sua crimina
confiteatur, sed delicto vero non assuetur. Et
alii citati à Suarioro. d. 4. c. 36. et l. 7. n. i.

Non satisfaci. Quia nullatenus poeniten-
tia recipit ille Sacramentum. Ergo præcepto
huc non satisfaci imperanti vi Sacramentum
recipiamus. Ita Durand. in 4. dist. 17. *ques. 1. 4.*
Sotus dist. 8. q. 3. 4. 5. Nau. sum. c. 10. n. 4. Suar.
10. 4. d. 15. Test. 4. citans P. Jom. Michaelem a.
Barthol. de Medina, Vinalium, & alios. Lugo. de
pen. d. 15. nu. 136. Fagund. præc. 2. d. 1. c. 4. nu. 13.
Reginal. lib. 5. c. 8. & alij.

107
Hæ hæreo
Dilectibus

Existimo, non satisfieri Ecclesiæ præcepto
per quamcumque confessionem, absolutione
non sequat. Quia Ecclesiæ præcipit non ali-
quid novum, sed id, quod ex Christi Domini
præcepto debitum erat. Christus verò non
præcepit Confessionem vt cūque, sed Confes-
sionem, quæ per Iudicis sententiam termina-
retur. Ergo hoc ipsi Ecclesiæ præcipit, singulis
annis feriptum enim fuit duo Christi præce-
pta, vnum Confessionis agendæ, alterum re-
cipiendæ absolutionis; sed vnum vtriusque,
scilicet, hoc Sacramentum recipiendi. Ergo
cum Ecclesiæ illud Christi præceptum voluerit
annis singulis obseruari, præcepit totius Sacra-
menti receptionem.

D V B I V M XXV.

*An excusetur à Præcepti huius impletione,
qui nequit aliter quàm per scripturam
conficere?*

EXTVM est excusari eum, qui copiam Confessarij non habet, siue physice, siue moraliter: quia propter non solum physica, & absoluta in potentia, verum etiam moralis, vt est difficultas extraordinaria eundi ad confessorium, & quando quis nequit sine gravi detrimento fame, vitæ, &c. confiteri, vere ab impletione præcepti excusabit. Quæsitum verò an sit reputanda in potentia, cum quis nequit aliter, quam per scripturam confiteri eo quod ipse sit murus, & confessorius surdus, & non possit nutius explicare peccata?

Excusatur quidem. Quia scriptura est publicum instrumentum, unde qui picula scribit se periculo exponit, scriptum amittendi, quod poterit gravi incommodo ad alterius manus peruenire. Sic Filliue *tr. 7. num. 63. Llanas p. 2. Merho c. 3. §. 2. Victoria n. 173. v. g. p. 1. fummo c. 63. casu 16. Tolet. l. 3. c. 6. Richard. d. 4. dist. 17. a. 1. q. 5. Nauar. *sum. cap. 1. m. 36. Arnul. c. Confessio. n. 13. Angel. m. 32. Valent. tom. 4. d. 7. q. 1. p. 1. Henriq. l. c. a. 2. n. 4.**

Non exculatur, sed tenetur. per scriptum
confiteri, hic Sacerdos praefatus adicit. Quia com-
modè aut certe sine difficultate magna potest
hic praeceptum seruare: Ego tenetur. Ita Syl-
u. v. Confessio 1. *na. l. 5. Caiet. b. d. condit. ii. 1.*
Petr. de Soto de Confess. *l. 11. Palud. in d. 17.*
17. q. 1. Nugn. in addit. ad q. 6. a. 6. d. ffic. 1. Carus
re. d. de pœnit. S. ar. 10. d. 36. ffic. 6. Valsq. q. 90.
a. 4. d. ubi 5. Coninch. d. 5. d. ubi 10. n. 7. Hurrad. d.
8. diffie. 4. Grand. tr. 1. de pœnit. d. 9. art. 4. Bo-
nae. d. 5. q. 5. ffic. 3. p. m. v. l. rum. 6. cicans Pelan-
tium et alios.

Existimo per scriptum non expedire commu-
niter praesenti Sacerdoti fieri, nam pericu-
lum adest, vt amissa, ac sublatâ papyro legi
possit ab aliis. At si causè absque periculo fiat,
vt fieri planè potest, tenetur quis sic confiteri
ad annuâ Confessionis implendum præcep-
tûm. An non facile potest qui eger scripto,
modum scribendi mutare, vel literas, vel sepa-
ratim offendere peccatorum species in libro
impresso, & in aliâ papyro numerum pecca-
rum, ne aliis valeat innotescere? Mutus igitur,
qui nouit scribere debet sub ea, aut simili cau-
tela (si necessaria sit ad secretum) vt præce-
ptum ad implet, confiteri. Suar. meum.

D V B I V M XXVI.

Ad satisfaciendum precepto Confessionis Ecclesiastico, tenetur quis si aliter non valeat) per interpretem fateri?

Tenetur quidem. Quia non apparet nota-
bile detrimentum sequi ex confessione per *quidem*.
E 2 inter

E 2 inter

CAPVT IX.

*Circa eos, qui à Præcepto Con-
fessionis annua seruando
excusantur,*

Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. VI. P. II.

interpretem fidelem, ac prudentē, cui non minus quam Confessario ipsi poenitēs fidere valeat. Siquidē interpres etiam obligatus secreto permanet: unde totū detrimentū est, ut peccata, quae alias deberent esse nota vni, duobus manifestentur. Hoc autē non est tāti ponderis ut ab huiusmodi obligatione excuset. An nō saepe qui casū referuatū habet, potest in casibus sibi permisis absolui directē ab inferiori, cū onere tamen comparandi postea corā superiore. Hic, inquā, non potest confiteri suum peccatū inferiori hic & nunc, quin cogatur illud duobus manifestare. Sic videtur sentire D. Tho. in ad. it. ad q. 9. a. 3. ad 2.

113
Minime tenetur.

Minimē tenetur. Quia Ecclesiasticū praeceptū cū tāto onere nō obligat: manifestari enim graue delictū meū duobus, grauissimū quidem onus est. Ita Nauar. sum. 1. n. 36. Caiet. v. Confessio condit. ii. Valent. to. 4. d. 7. q. 1. p. n. i. Diana p. 3. tr. 4. resol. 129. citans Fagundium, Luisium, Turrianum, Gasparem Hurtado, Ioannem de la Cruz, Laymanum, Villalobos, ac Filiucium. Suar. to. 4. d. 36. sect. 6. nu. 4. Becan. de poenit. c. 17. q. 5. Lugo de poenit. d. 15. n. 75. Bassē. v. Confessio 2. n. 2. & alij communiter.

114
Auctoris sententia.

Certum mihi, ad satisfaciendum praecepto Auctoris Confessionis annuae non obligari poenitentē, ut per interpretē confiteatur. Quia obligatio hae solū est ex Christi Domini praecepto propterea à Christo latū est, nō propterea ab Ecclesia habet determinationē ad tēpus. Scio hanc resolutionē esse cōtra P. Vázquez d. 9. dub. 3. num. 9. docentem, si talis obligatio esset ex praecepto Christi: nō minus fore ad Confessionē annuā, quā ad confessionem ex Christi praecepto in mortis articulo, de quo Vol. 2. Nam praeceptum Confessionis annuae non est humanum tantum, sed modificans ius diuinum: Ergo si ius diuinum obligaret, etiam & ius positiuū, quo illud modificatur. Ceterum Crediderim, non aduertisse P. Vázquez ad verba, quibus Ecclesia illam obligationē imposuit, scilicet ut poenitens deberet singulis annis solus proprio Sacerdoti cōfiteri. Non potuit ergo Ecclesia velle, quod ius diuinum obligaret, quando poenitens non potest solus confiteri, sed coram alio, cum expresse exclusit à tali obligatione, vel modificatione casum illum.

CAPVT X.

Circa Penas transgressoribus huius
Præcepti impositas.

QVÆSTIO INCIDENS.

Nūm de iure communi sit poena imposita praecepti annuae confessionis transgressoribus?

115
Non est imposita.

IMPOSITAM non esse videtur. Quia Ecclesia non potest huiusmodi piaculum punire: poena pertinet ad forum externum: at delictum est ita occultum

ut in foro externo probari non possit. Sic Durand. in 4. dist. 17. question. 17. alias 14.

Imposita est. Quia Ecclesia potest, imò de facto imposuit: arceatur enim transgressores huius praecepti ab Ecclesia, & Ecclesiastica sepultura priuantur. cap. Omnis vtriusque sexus, de poenit. & remis. Vtrumque autem requirit prius sententiam à Iudice ferendam, ut patet ex verbis ipsius textus: Arceantur ab Ecclesia priuantur Ecclesiastica, sepultura. Idē optime dixit Cano in relect. de poenit. part. 5. has poenas incurri non posse, nisi quando transgressio praecepti est manifesta, tunc enim probari potest in iudicio crimen, ut hae poenae imponantur. Ita Suar. to. 4. d. 36. sect. 8. Granad. de poenit. d. 9. num. 3. Hurtad. de poenit. d. 7. diff. 9. Bonac. de poenit. d. 5. sect. 5. quas. 2. punct. 4. num. 1. & alij communiter.

Certum mihi, erroneē Durandum primam sententiam defendisse; dubium enim non est posse Ecclesiam ad eiusmodi poenas imponendas iustissimam habere potestatem; nam vtilitas iustissimē imponat, satis est, quod peccatum sit externum, licet per accidens sit occultum, ac probari non valeat. Porro in iure communi huius praecepti transgressoribus excommunicatio non imponitur: unde recognoscendum erit, an in iure particulari, hoc est in constitutionibus alicuius Diocesis imponatur.

DVBIVM XXVII.

An qui culpa sua inualide confititur annuae Confessionis instanti, euadat poenas à iure, aut à Synodo impositas?

QUI confitetur inualide eo quod voluntarie aliquod lethale crimen subiacet, vel caret necessario dolore, vel correctionis non fouet propositum, poenas euadit. Quia praeceptum implet; Ecclesia enim praecepit Confessionem, non absolutionem unde absolutio videtur finis, non materia huiusce praecepti. Ergo licet aliquis ita confiteatur ut culpa sua inualida sit Confessio, & ideo absolutionem non recipiat implet praeceptum, & poenas transgressoribus impositas euadit. Sic Syluest. verb. Confessio 4. num. 2. Sà ibi. numer. 1. Victor. sum. num. 163. Alent. 4. p. q. 77. memb. 5. artic. 7. Gabri. in 4. dist. 17. question. 1. artic. 3. dub. ultim. Palud. dist. 17. question. 7. Cano in relect. de poenit. parte. 5. Ledel. quas. 8. a. 2.

Non euadit poenas. Quia praeceptum minimē implet. Nec Christus enim nec Ecclesia Confessionem praecepit nisi propter omnium poenitentiae fuit Sacramentum: At qui sua culpa integrē non confitetur, aut non afficitur dolore, vel nō fouet correctionis propositum, Sacramentalis absolutionis indignus exponitur. Ergo praecepto non satisfacit, unde poenis à iure, & à Synodo impositis manet obnoxius. Ita Vinald. in Candelab. ubi de confess. numero 51. Nauar. sum.

Sectio II. Dubia, De Præcepto II. 53

Sum. c. 10. n. 4. Medina sum. l. i. c. 14. §. 41. Sotus in 4. dist. 18. q. 1. art. 3. concl. 6. Petr Soto de confes. l. 1. c. 8. Fagund. præc. 2. l. 1. c. 4. n. 5. Comitoll. lib. 1. resp. moral. q. 10.

¹¹⁹ *Contra his* Veriorem hanc sententiam esse non dubito. Unde per Confessionem inuallidam ex parte penitentis non impletur præceptum, & sacrilegus ille non euadit excommunicationem Synodalem ipso facto impositam, nec reliquas penas à iure præscriptas. Si tamen ex parte Confessarij, seu illius culpa fuit Confessio inuallida, vel quia non habebat iurisdictionem, penitente, vel quia intentionem absoluenti non habuit: penitens à penis Synodi, aut iuris liberabitur. Nam ubi non est culpa, cessat pena ob illam imposita.

D V B I V M XXVIII.

An pueri non implentes Confessionis annue præceptum incurrant penas transgressoribus præscriptas?

¹¹⁰ *Incurrunt* Incurrunt quidem. Quia obligantur præcepto Ecclesiastico, quando peccati lethalis conscientia lauciantur, ut constat ex textu cap. Omnis, de penit. & remissib. Omnis utriusque sexus fidelis, cum ad annos discretionis peruenit. Ergo mox ac vlus rationis siue sexto, siue septimo anno elucescat, implendi præceptum habent pueri obligationem: Ergo penis transgressori impositis subiiciuntur. Unde in aliquibus locis afolet excommunicatio ferri vniuersaliter contra omnes, qui post octauum ætatis annum non confitentur: ut in quadam Synodo Cöpostellana, cap. de pen. refertur factu. Sic Agidi d. 13. dub. 6. nu. 45. Alterius l. 3. de censur. d. 10. c. 4. Hurtad. d. 7. diff. 9. & alij.

¹²¹ *Contra* Minime incurrunt. Quia Ecclesia licet obliget pueros à discretionis ætate ad annuam Confessionem, non tamen solet regulariter præfatis penis eos ante duodecimum vel decimum quartum annum punire. Ita Card. Lugo de penit. d. 15. n. 150. Valq. qu. 90. a. 2. dub. 4. Suar. to. 4. d. 36. sect. 2. nu. 4. & sect. 8. n. 5. Cord. summ. question. 60. diff. 4. Sanchez sum. l. 1. c. 11. n. 7. Azor. l. 7. c. 40. q. 6. Henriq. l. 8. c. 41. Fagund. præc. 2. l. 1. c. 3. n. 15. Diana p. 10. r. 112. resol. 36 citans Leandrum.

¹²² *Contra* Hanc sententiam veriorem esse existimo. Pæ enim creditur Matrem Ecclesiam noluiffe vlque ad præfatum annum pueros Censuris, vel alijs penis diuerberare. Fateor, in aliquibus Synodis ferri excommunicationem vniuersaliter contra omnes, qui post octauum ætatis annum non confitentur. Sed etiam non me latet, in alijs locis positiuè excludi

pueros ab incurrenda censura, ut in quadam Synodo Abulensi tit. 1. p. 2. Quando verò nihil dicitur, intelliguntur, me iudice, excepti iuxta vltimam communem aliarum excommunicationum: licet in aliquo casu speciali possint illam incurrere, ut Vasquez n. 7. adnotauit de puero doli capace septa Monasterij Monialium ingrediente, & de excommunicatione percussorem Clerici solet communiter idem affirmari. Azor.

D V B I V M XXIX.

An meretrices præceptum Confessionis annue violantes, incurrant penas à iure præscriptas, ac Synodalem excommunicationem?

¹²³ *Non incur-* Non incurrunt. Quia licet mortaliter delinquant non implendo illud, non tamen denunciantur, etiam si per multos annos Confessione abstineant. Adde earum statum miserrimum permitti ob maiora incommoda vitanda; commoda ergo permitti diceretur, si tam rigidiis penis subiaceret? Sic Zerola in praxi Episc. p. 1. v. Lupanaria §. 3. Viuald. de confes. n. 60. Sa v. Confessio 43. Graf. l. 1. c. 9. n. 8. Manu. in addit. ad Bul. §. 11. n. 133.

¹²⁴ *Idem affir-* Crediderim, meretrices, ac publicos peccatores non solum peccare mortaliter non implendo hoc præceptum, sed etiam excommunicationem Synodalem, & alias iuris penas incurrere, & voluisse Episcopos illos comprehendere, quamuis non soleant publicari, ac denunciari. Nullam enim mulierculæ illæ habent iustam causam, ob quam non comprehendantur, imò habent iustissimam, ut excommunicentur. Certè nullibi in constitutionibus aliquarum Diocesum quas legerim (imo quas legerit P. Fagundez hanc materiam ex professio digrens) meretrices excipiuntur, & nobis non constat de contraria Prælatorum voluntate. Quamuis enim non soleant declarari, ac publicari, id quidem parum obest resolutioni. Quia quamuis id sit fauor: tamè fauor eiusmodi magis respicit personas, quæ cum hisce mulierculis communicant, quam ipsas meretrices. Moneo demum, præfatas penas incurrere ob solam Confessionis omissionem, etiam si quis communicet: aut è contra ob solam omissionem communionis, etiam si quis confiteatur. Quia licet in cap. Omnis utramque simul præcipiatur, mens tamen Pontificis est, fideles ut neutrum horum omitant, obligare. Suar. to. 4. d. 36. sect. 8. nu. 3. Garad. controu. 7. tr. 1. d. 9. nu. 36. & alij communiter.